

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum**

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.  
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus  
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot  
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,  
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,  
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann  
Chemnitz, Martin  
Leyser, Polycarp**

**Hamburgi, MDCCIII**

**VD18 90617819**

Caput CXCI. Christus Coram Pilato De Seditione Et Regni Affectatione  
Accusatus, Egregiam Edit Confessionem Ac Publicum Innocentiae  
Testimonium A Praeside Reportat.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17617**

Hic ( inquit ) quatuor ponuntur à Prophetā pro quarto, more lingue Hebreæ. Rabini interpretantur de Iosephō vendito , sed ante venditionem non precesserūt in Israēl alia scelera , ut venditio sit quartum scelus . Primum ergo peccatum fuit , quod vitulum pro Deo adoraverunt Exo. 32. secundum , quod Deum negaverunt , quando Jeroboam faciens vitulos similes dixit . Ecce Dii tui Israēl . 1. Reg. 12. tertium , quod Prophetas Dei universos odio veritatis occiderunt & eorum dicta contemserunt . 2. Paralip. 36. quartum , quod omnium maximum est , quod Christum Filium Dei vendiderunt & condemnarunt . Hic est ille iūsus , de quo Amos loquitur , reliqui enim omnes etiam Moses & Prophetæ peccaverunt , ac proinde non sunt simpliciter & absolute iūsi . Ne quis verò argentum illud , quo Israēlite Messiam vendiderunt , magni estimaret , subiungitur , & pauperem pro calceamentis , hoc est , argentum , quo iūsum & pauperem illum vendituri sunt , tam exi-

guum erit , ut precio calceamentorum estimari possit , Sed hæc videntur à simplicitate textus Propheticī longius recedere , quia etiam in præcedentibus tria & quatuor scelera conjunguntur ad peccatorum atrocitatem exprimendam , siquidem ex tribus & quatuor fiunt septem , qui est numerus perfectus . In genere igitur loquitur Prophetā de contemptu pauperum , ac de exactionibus tenuiorum per usuras , fraudes , rapinas &c. postea in specie ad ignominiosam lictionem ac venditionem Christi id transfigri potest . Quod si contingat etiam nos in mundo pro vilibus mancipiis ac rejectamentis haberi 1. Cor. 4.v.13. solemur nos exemplo Christi , qui eandem omnino fortē expertus adhuc nobis occinit illud Joan. 16.v.18. Si mundus vos odit , scirete , quia me prius odio habuit .

Peccavi ! fateor , non desperabo , relinquam  
Iscarior laqueum , cor tibi Christe dabo .

## CAPUT CXCII.

CHRISTUS CORAM PILATO DE SEDITIONE ET REGNI  
AFFECTATIONE ACCUSATUS, EGREGIAM EDIT CONFESSIÖNEM  
AC PUBLICUM INNOCENTIA TESTIMONIUM A PRÆSIDE  
REPORTAT.

MATTH. 27. V. 11. MARC. 15. V. 2. LUC. 23. V. 2.  
JOHANN. 18. V. 28.

## RATIO ORDINIS.

**P**ost descriptionem interitus Judæ subiungunt Evangelistæ Historiam actorum coram Pilato , quæ narrationis series obsecratarum Judæorum , præfertim Sacerdotum & Seniorum , rabiem manifestat . Judas dederat Christo publicum innocentia testimonium , insuper etiam in Judæ exitio editum erat horribile exemplum iræ divinæ , quomodo scil. in justam sanguinis innocui effusionem , vindicare velit , sed summi Sacerdotes hæc omnia susque deg ; habentes nihilominus falsis crimibus Christum coram Pilato gravant ac totus populus furenter clamat . *Sicut sanguis ejus super nos & liberos nostros .* Voluit autem Spiritus sanctus ea quæ cum Christo coram Pilato acta sunt , singulari diligentia ab Evangelistis describi , prævidit enim , quantis mendacis Judæi & gentiles illa essent conspurcati . De Judæis nemini illud mirum esse potest , cùm non erubuerint conficta crima coram Pilato Præside Christo intentare ac falsis testibus innocentiam ejus opprimere . Beda in c. 23. Luca meminit quorundam Scriptorum contra Christum compositorum , in quibus referatur , ipsum Magicæ artis apud Pilatum fuisse accusatum . Hac in parte gentiles noluerunt esse Judæis inferiores , siquidem Imperator Julianus apostata odio religionis Christianæ jussit conscribi quendam librum , cuius titulus : *Acta Pilati* , in quo horrenda scelera de Christo conficta continebantur . Hunc librum turpissimus apostata passim in Ro-

mano imperio vulgari , quin & pueris in schola edendum proponi curavit , ut Christi ac Christianæ religionis odium omnibus instillaret . Meminit horum Actorum Nicéphi lib. 1. Histor. Eccl. c. 16. & ex temporis circumstantia falsitatem eorum arguit . *Acta illa ( inquit ) passionem & mortem Christi referunt in septimum Tiberii annum , quo tempore , ut ex Iosepho constat , Pilatus nondum Jude præfuit sed 12. Tiberii anno ei est præfactus .* Hoc ergo prævidens Spiritus sanctus per amanuenses suos sanctos Evangelistas diligenter annotari voluit , quād disertè Pilatus de Christi innocentia testificatus fuerit & hoc suum testimoniūm aliquoties repetiverit , ut vanissima illa Judæorum & gentilium mendacia , antequam essent nata , extinguerentur . Ceterum post verba Judæorum , *Nobis non licet interficere quenquam* , Joannes immediate subjicit , pilatum introiisse prætorium ac rogasse Christum , an sit Rex Judæorum , quæ narratio cum superioribus dure admodum cohæret . Quomodo enim Pilatus potuit quarere de objectorum criminum veritate ante accusationem à Judæis institutam ? Matthæus etiam ac Marcus statim post adductionem Christi ad prætorium subiungunt examen Pilati , sed hanc lacunam narrationis Spiritus S. per Evangelistam Lucam divinâ providentia explevit , is enim capita ac curationis coram Pilato contra Christum à Pontificibus institute recentet , inter quæ etiam illud est , quod Regem Judæorum sese fuerit professus . Hæc igitur capita ipsi examini sunt præponenda .

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.



CHRISTI CORAM PILATO DE SEDITIONE ET REGNI AFFECTATIONE ACCUSATIO, EGREGIA EJUSDEM CONFESSIO ET PUBLICUM INNOCENTIA TESTIMONIUM A PILATO IPSI DATUM.

MATTH. 27.

11. Οὗτος ἦστε ἔμπειροι θεοφάνειαν τῆς ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ἡγεμόνα, λέγων, Καὶ εἰ οὐ βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν, διότι Ιησοῦς εἶπεν θαύματα; 12. Καὶ σὺ κατηγορεῖς με πάλιν τὸν ἀρχιερέαν καὶ τὸ πρεσβυτέρων ψὲν απεκρίνεσθαι. 13. Τότε λεγει αὐτῷ οἱ Πιλάτοι, Σὺ διάκονος τοῦ Καταπατητοῦ σοις εἶσαι; 14. Καὶ σὺ αἴτιος εἶσαι τοῦ πατέρος ἀπειλήσθεντος ἡμάρτησιν τὴν ἡγεμονίαν.
11. Jesus autem stetit ante Pr̄sidem & interrogavit eum. Pr̄ses, dicens, Tu es Rex Iudeorum? dicit illi Iesu, Tu dicas. 12. Et cum accusaretur a Principibus Sacerdotum & senioribus nihil respondit. 13. Tunc dicit illi Pilatus; Non audis, quam multa adversum te dicunt testimonia? 14. Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Pr̄ses vehementer.

MARC. 15.

2. Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν (Ιησοῦ) οἱ Πιλάτοι, Καὶ εἰ οὐ βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν; οἱ δὲ πρεσβυτέροις εἶπεν αὐτῷ, Καὶ λέγεις. 3. Καὶ κατηγορεῖν αὐτῷ οἱ ἀρχιερεῖς πολλὰ, αὐτὸς δὲ ψὲν απεκρίνετο. 4. Οὗτος οὐ πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν λέγων, Σὺ οὐ διοκεῖν ψὲν; οὐδὲ πάσας κατηγορεῖς τὸν πιλάτον. 5. Οὗτος δὲ εἶπεν ψὲν απειλήσθη, ὥστε θωμάζειν τὸν πιλάτον.
2. Et interrogavit eum Pilatus, Tu es ille Rex Iudeorum? At Ille respondens, dixit illi, Tu dicas. 3. Et accusabant eum summi Sacerdotes de multis, ipse vero nihil respondebat. 4. Pilatus autem rursum interrogavit illum dicens, Non respondes quicquam? Ecce quād multa adversus te testantur? 5. Jesus autem deinde nihil respondit, adeo ut miraretur Pr̄ses.

LUC. 32.

2. Ήξελαύνει κατηγορεῖν αὐτῷ (Ιησὸν) λέγοντες, τέτου ἐυροῦμεν Διατρέφοντα τὸ έθνος ιερουλάνοντα Καίσαρα Φόρος διδούσας λέγοντα εἰς αὐτὸν Χειρὸν βασιλέα εἶναι. 3. Οὗτος οὖν Πιλάτος ἐπηρώτησεν αὐτὸν λέγων, Καὶ εἰ οὐ βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν, οἱ δὲ πρεσβυτέροις αὐτῷ εἶπον, Καὶ λέγεις. 4. Οὗτος οὖν Πιλάτος ἐπειδὼς οὐδὲν αρχιερεῖς καὶ οὐδὲ οὐδὲν εὑρίσκων αὐτὸν τῷ αὐθόπῳ τοτε.
2. Cuperunt autem illum (Iesum) accusare dicentes, Hoc reprehendimus evertentem gentem ac vetantem tributum dare Cesari, dicentes se Christum Regem esse. 3. Pilatus autem interrogavit eum dicens, Tu es ille Rex Iudeorum? at is respondens ait illi, tu dicas. 4. Aut autem Pilatus ad Principes Sacerdotum & turbas, Nihil invenio noxæ in hoc homine.

JOHANN. 18.

28. Καὶ αὐτὸν (οἱ δέκτερεις καὶ πρεσβύτεροι) σὺν εἰσῆλθον εἰς τὸ αρχιερατικὸν, ὅπου μὴ μιανθωσιν, αλλὰ ἵνα Φάγωσι τὸ πάσχα. 29. Εἶπον δὲ τὸν Πιλάτον, οὐρανὸς αὐτὸν ἡγεμόνης καὶ εἶπε, πίνε κατηγορίαν Φέρετε με τὸν ἀρχιερέα τοτε. 30. Απεισῆλθον καὶ εἰσέπεισαν μὴ λύστε τὸν Καποδιστρίον, τὸν αὐτὸν Καποδιστρόν. 31. Εἶπεν δὲ τὸν Πιλάτον, λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ τὸν νόμον εὑμένων κρίνατε αὐτὸν, εἰπον δὲν αὐτῷ οὐτούς οὐδείς, ημῖν δὲν εἶναι δικαιοτείναι γένεται. 32. Ιαστὸς λογοθέτης τοῦ Ιησοῦ πληρώθη, οὐ εἰπε σημαντικῶν πωιά θανάτῳ ημελλεν ἀποθνήσκειν. 33. Εἰσῆλθεν δὲν τὸ πρωταρίον πάλιν οἱ Πιλάτοι καὶ ἐφωνησε τὸν Ιησὸν καὶ εἶπεν αὐτῷ σὺ εἶ οὐ βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν; 34. Απειλήσθη αὐτῷ οἱ Ιησοῦς, αὐτὸς δὲν συνέτει λέγεις, η ἀλλοι σου εἰπον τοῦτο εἶμεν; 35. Απειλήσθη οἱ Πιλάτοι, μηδὲν ἡγεμόνης οὐ μετέτιθεν, οὐδὲν δὲν αἴτιος εἶπεν αρχιερατούς σε ἐμοῦ, οὐδὲν εἶπον αὐτῷ. 36. Απειλήσθη οἱ Ιησοῦς, η Βασιλεία η ἐμή συνεπινέκειται.
28. Et ipsi (summi Sacerdotes & Seniores) non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent pascha. 29. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, quam accusationem affertis adversus hominem hunc? 30. Respondent & dixerunt ei, Si non esset hic nōs, hanc quædam tibi tradidissimus eum. 31. Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram judicare eum. Dixerunt ergo iudei, Nobis non licet interficere quenquam. 32. Ut sermo Iesu impletur, quem dixit significans, quod morte esset moriturus. 33. Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Iesum & dicit ei, Tu es ille Rex Iudeorum? 34. Respondit ei Iesus, à semetipso tu hoc dictis, an aliud dixerunt tibi de me? 35. Respondit Pilatus, Num ego Iudeus sum? gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? 36. Respondit IESUS, Regnum meum non est ex hoc



- κόσμος τεττάν λιγότεροι ή εἶπή, οἱ πατέρες αὐτοῦ εἶπον τούτων τοῖς Ιudeis τυπῷ  
η βασιλεία ἡ εὑρίσκεται εἰναὶ τούτων τοῖς Ιudeis τυπῷ.  
37. Εἰπεν δὲ αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Οὐκέτι Καπτεῖν εἶ σὺ; ἀπε-  
κριθεὶς δὲ Ἰησος, Οὐ Βασιλεὺς εἶμι εἶναι, ἐγὼ  
εἰς τὸν γένοντα με γένεσιν τούτου εἰς τὸν κόσμον,  
οὐαὶ μαρτυροῦν τῷ ἀληθεῖα, πᾶσον ὃν εἰς τὸν ἀληθεῖα  
ἀκέιται τὸν Φωνῆς.  
38. Λέρδος αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Νῦν δὲν ἀληθεῖας; Καὶ τοῦτο εἰπών,  
πατέριν ἔχοντας τούτους Ιudeis τυπῷ λέγει αὐτῷ, ἐγώ  
γένος μιαν αἰτίαν εὑρέσκομα ἐν αὐτῷ.

37. Dixit itaque ei Pilatus, ergo Rex es tu? Respondit Iesus,  
Tu dicas, quod Rex sum ego. Ego in hoc natus sum,  
Et ad hoc veni in mundum, ut testimonium feram  
veritati. Omnis qui est ex veritate, audiret vocem  
meam.  
38. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cum hoc dixisset,  
iterum prodiit ad Judeos, Et dicit eis, ego nullam  
invenio in eo causam.

DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM  
Hujus HISTORIE.

Johannes solus refert, Pontifices à Pilato flagitare ausos fuisse, ut absque prævia cause cognitione Christum morti adjudicet, hoc igitur iniquissimum postulatum Judæorum primo loco in Harmonia collocandum. Cum vero ipsorum postulatis Praeses obsequi nollet, accusant Christum seditionis & affectati regni. Hanc accusationem prætermitit Johannes, ut etiam Matthæus & Marcus, sed Lucas ordine eam describit. Occasione hujus accusacionis queritur Pilatus Jesum, an sit Rex Judæorum, ad quam Pilati questionem quid Christus respondebit, breviter exponunt Evangelistaæ tres priores, sed Johannes latè illam responzionem, sive ut Paulus vocat 1. Tim. 6. v. 13. bonam confessionem expo-

nit, ut appareat, ipsum etiam hanc in parte defectum reliquorum supplere voluisse. Quamvis enim primæ quæstioni Præsidis, Tunc es ille Rex Iudeorum, tres priores Evangelistæ immediate subjiciant Christi responsum: *Tu dicis*, tamen ex Johanne intelligitur, plura inter Christum ac Pilatum ultrò citroque fuisse dicta, antequam subjeceret Christus, *tu dicis*, quia Rex sum ego, unde recte monet Augustinus lib. 3, de cons. Evangel. cap. 8. multa dicta & multa responsa invicem fuisse, unumquemque verò Evangelistam commemorasse, quod satis esse judicavit. Tandem subjungitur publicum innocentia testimoniūm Christo à Præside datum, quod Lucas & Johannes describunt.

# HARMONIA HUJUS HISTORIÆ.

Καὶ αὐτὸν (οἱ δέχειρες καὶ πεσεῖτε τοις) τὰς εἰσῆλθον  
εἰς τὸ πεπιστόλωμα, ἵνα μὴ μιανθάσιν, ἀλλὰ ἵνα Φάγωσι  
το παιδί. ἐξῆλθεν δὲν οἱ Πιλάτοις τοις αὐτοῖς ἔχων καὶ  
εἴπε, πινα καπηρούλαν Φερεπυκήν ἐπὶ ἀιδηρώπις τάττες  
ἀπεκεκλήσθησαν καὶ επιν αὐτῷ, εἰ μη λινὴ θρακοποίος, σύν  
αποι παρεγένετον καὶ μηδέν τον. εἶπεν δὲν αὐτοῖς οἱ Πιλάτοις,  
λαβεστεν ἀνθενάσιν, καὶ καὶ τὸ νόμον ἡμῶν καριετεί αὐ-  
τῷ, εἴπον δὲν αὐτῷ οἱ Ιεδαιοί, ἥμιν τοις ἔχεστιν ἀποι γένεν  
εθέα. ἵνα δὲ λόγοις οἱ Ιητᾶς πληρωθήῃ, οἱ εἴπε τηγανάν  
τοιοι θανάτοι ημελεν πλούτηντον. οἱ δὲ Ιητᾶς εἴπε ἑμ-  
πεσθεν δημερούσιον καὶ κατηγορεῖν αὐτῷ λε-  
πτος, τοιν εὐεργάλῳ Διερεφούσα τὸ ἔδυτον καὶ καλιν-  
ειν Καΐσαρι Φορέας διδόνων λεπτονταίστην Χειρὸν βα-  
σιλικά εἴπεν, εἰσῆλθεν δὲν εἰς τὸ πεπιστόλωμα τοῦ Πι-  
λάτοις δημερούσιον καὶ Φανηστέρων Ιητᾶς οἱ εἴπεσθησεν αὐ-  
τοντοι λέγων, (καὶ εἴπεν αὐτῷ) σὺ εἰς οἱ Βασιλεὺς τοις Ιεδαιοις;  
ἀπεκεκλήσθη αὐτῷ οἱ Ιητᾶς, αφ' εἴσιτον στέλλετο λέγεις, η ἄλ-  
λοισι επιν οὐδείς έμει; ἀπεκεκλήσθη οἱ Πιλάτοις, μητὶ ἕγω  
Ιεδαιοί είμι; τὸ ἔδυτον, το σην καὶ οἱ δέχειρες παρέδεν-  
κας σημοι, πι ἔποιστας; ἀπεκεκλήσθη οἱ Ιητᾶς, η θασιτείσι  
ημηκοστεν εἰς ικόστην ταῖς, εἰσεν δέσποτης τάττεις, η  
θασιτεν η ἔμη, οἱ ποτέρευται αἱ οἱ έμοι γηγενήσαντο, η  
μη διδοθεδούσι τοις Ιεδαιοις, ην ωρ θασιτενη ημητ σημ  
ειν εύτανθεν, εἴπεν δὲν αὐτῷ οἱ Πιλάτοις, σύν δὲν βασιλεὺς  
εἰς τοις δὲ Ιητᾶς ἀποκεκλήσις (ἀπεκεκλήσθη) εἴπεν (ἘΦ) αὐτῷ, Καὶ λέγεις οὐθασιτεν είμι ἔγω. εγώ ταῖς τοιο  
γηγενηκαησι τοιο ἐλληνισταῖς τοιο κοσμον, ηα μαρτυ-  
ροῦσι τη ἀληθεία, πάς οι αν εἰς τὸ ἀληθείας, αἰκίη μης φω-  
νης, λέγε αὐτῷ οἱ Πιλάτοις, πεπιν οὐληθεία, καὶ τοις εἴταν,  
παλιν ἐξῆλθε τοις διηδαιοις καὶ εἴπε τοις σου δηχειρές  
καὶ σου οὐλητς (καὶ λέγε αὐτοῖς) ἔγω ηδεμιαν αἰτίαν (εἰδεν  
απον) εύσικων τοιο αιδηρωποταῖς (εἴσιται) καὶ καπ-

Et ipsi (Pontifices ac Seniores) non introierunt in pritorium, ne contaminarentur, sed ut ederent pascha. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem assertis adversus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic nocens, haudquaquam tibi tradidimus eum. Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram indicate eum. Dixerant ergo ei Iudei, vobis non licet interficere quenquam, ut sermo Iesu impleretur, quem dixit significans, quā morte esset moriturus. Jesus autem stetit ante Presidentem. Caperunt autem illum accusare, dicentes, Hunc deprehendimus evertentem gentem at vetantem tributum dare Casari, dicentes se esse CHRISTUM, Regem. Introivit ergo iterum in pritorium Pilatus Praefectus & vocavit IESUM & interrogavit illum, dicens ei: Tu es ille Rex Iudeorum? Respondet IESUS, à temeti- ipso tu hoc dicas, an alii dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus, Num ego Iudeus sum? Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit IESUS, Regnum meum non est ex hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiz certarent, ne traduceret Iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo Rex es tu? Respondit IESUS & dixit ei, Tu dicas, quod Rex sum ego. Ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, ut testimonium feram veritatis. Omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cum hoc disisset, iterum prodiit ad iudeos & dixit ad summos Sacerdotes & ad turbas, Ego nullam causam ac nibil noxie invenio in hoc

γέρεν αὐτὸν οἱ δέχεσθεν πολλαὶ, καὶ τῷ κατηγοροῦσθαι  
αὐτὸν ἡστὸν δέχεσθεν καὶ τὸ πεσθετέρων, αὐτὸς δὲν απε-  
κλίνατο, ὅτι Πλατὼν τότε πάλιν ἐπηρότητεν αὐτὸν (καὶ  
λέγει) λέγων αὐτῷ, τοιούτοις εἰδένεις; τοιούτοις εἰδένεις;  
δεπο-  
μοτούς καὶ εμαρτυρούσον; καὶ ὁ (ἥ) Ἰησὸς σὺνέπειτα εἶπε  
αὐτῷ τοιεσύδεν ῥῆμα, ὃς ταῦτα δεῖ τὸν ἡγεμόνα τὸν  
Πιλάτον λιαν.

homine. Et accusabant eum summi Sacerdotes de mul-  
tis. Et cum accusaretur à Principibus Sacerdotum &  
Senioribus, nihil respondit. Pilatus autem rursum inter-  
rogavit illum, dicens illi, Non respondes quicquam?  
Non audis, Ecce quam multa adversus te testificantur,  
Et JESUS deinde non respondit et ad verbum illum, addo  
ut minaretur Praes.

### Exegetis hujus Historiae.

**N**omen Pilati Präsidis Romani vulgatum est in Christianismo, cùm in ipso Symbolo Apostolico propter certitudinem Historiae ponatur, ubi confitemur, nos credere in Christum sub Pontio Pilato passum, crucifixum ac mortuum hoc est, illo tempore, quo Pilatus Präsidis officium in Iudea administravit, ablato jam à Iudeis regiminis sceptro. Diligenter igitur expendere convenit acta Christi coram Pilato, cum primis etiam hoc nomine, cùm D. Apostolus 1. Tim. 6. vers. 13. nobis commendet μαρτυρίαν νοούσαλην ἐμολογίαν; quam Christus coram hoc Präside edidit. Possunt verò acta coram Pilato in hac pericope descripta distribui in quatuor distinctos actus. Primus exponit impudentem Pontificum postulationem. Secundus injustam Christi accusationem. Tertius egregiam Christi de regno suo confessionem. Quartus innocentiam Christi testificationem.

Primo commemorat Johannes, quod ipse, hoc est, ut ex præcedentibus intelligitur, Pontifices, Scribae, Seniores populi ac totum Synedrion, non introierint in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent Pascha. Quidam existimant uno eodemque die Christum & Iudeos manducasse agnum paschalem. Lunā scilicet decimā quartā juxta divinam constitutionem Exod. 12. v. 6. juxta hanc hypothesin fuisse primus dies azymorum, quando Christus ad prætorium est abductus. Sed ostendimus suo loco Christum quidem Lunā decima quarta juxta divinam ordinationem manducasse agnum paschalem, Iudeos verò postridie Luna scilicet decima quinta a propter suas traditiones, ne duo Sabbathū magna conjugerentur. Juxta hanc hypothesin fuit Parase festi, ut loquuntur Evangelistæ, hoc est, dies proximè antecedens Pascha, quo præparanda erant ea, quæ ad Festi ritum necessaria; noluerunt igitur illo die Iudei introire prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent Pascha. Qui statunt, Iudeos jam diu pridiè agnum paschalem manducasse, per pascha hoc loco intelligent panes azymos, quos per continuos dies septem manducabant & hoc ritu Pascha celebrabant Ex. 12. v. 15. Hoc sensu accipitur nomen Paschatis, quando Israelite dicuntur *septem diebus manducasse sine celebrasse Pascha*. Quidam intelligent Pascha de hostiis paschalibus, quæ per septendū festi singulis diebus manē ac vesperi immolabantur Num. 28. vers. 19. à quibus offerendis & manducandis arcebantur Sacerdotes, nisi essent mundi Levit. 22. vers. 4 illas autem hostias paschales nomine Paschatos quandoque intelligi constat ex Deuter. 16. vers. 2. *immolabis phase Domino Deo tuo de ovibus & de bovis*. 2. Pa-

ral. 35. v. 8. hostiæ illæ paschales in plurali dicuntur *Πάσχατα*. Sed descriptioni Evangelistarum & phrasis Scripturæ magis congruit, per Pascha hoc loco intelligere agnum paschalem, quæ significatio in Scripturis est frequentissima, Matth. 26. 27. v. 17 Marc. 14. vers. 12. Luc. 22. vers. 7. &c. Ideo ergo noluerunt Iudei introire prætorium, ne contaminarentur, sed ut circa vesperam illius diei agnum paschalem solenni ritu manducare possent. Num. 9. v. 11. prohibentur immundi manducare Pascha eodem tempore cùm reliquis, videlicet die decimā quartā mensis primi, sed jubentur expectare diem decimam quartam secundi mensis, nimurum ut certis ritibus Leviticis sese prius mundarent & sanctificarent: quia verò variis modis Levitica immundities contrahebatur, id est Joh. 11. v. 55. refertur, quod Iudei consueverint Hierosolymam diebus aliquot ante Pascha ascendere, ut seipso sanctificarent. Sed cum lege divina nuspīam dicatur ingressu prætorii immundiciem quandam Leviticam Paschatis celebrationi obstantem contrahi, ex eo manifestum est, non propter speciale aliquod Dei præceptum, sed propter humanas constitutiones Judæos veritos fuisse eo die prætorium ingredi. Videntur autem duplice de causa statuisse, ingressu prætorii immundiciem contrahi. Prætorium fuit locus judicij criminalis, fuit etiam domus Romani Präsidis, ut ostendimus superius. Quia igitur contactu mortui ac ingressu domus, in qua erat mortuus, immundities contrahebatur Levit. 21. v. 11. cap. 22. v. 4. Num. 5. v. 2. cap. 6. v. 6. &c. ex eo juxta traditiones suas colleguntur, immundiciem etiam ingressu in domum gentilis incircumcisum contrahi immundiciem legitimam Paschatis celebrationem impudentem, sicut Actor. 10. v. 28 & cap. 11. v. 3. refertur *ἀθέρησον* fuisse judicatum viro Iudeo conjungi aut accedere ad alienigenam. Adde quod in ædibus gentilium non cavebatur ab illis rebus, quæ lege Mosaïca declarata erant immundæ, inde ipsas quoque ædes gentilium judicabant esse immundas. Quare cum in propinquuo esset Paschatos festum, noluerunt scientes volentes contaminari, ne semetipso à legitima festi celebratione prohiberent, quia integrum septiduum ad purgationem requirebatur Num. 6. v. 9. ideoque immundi demum die decimā quartā secundi mensis Pascha celebrabant.

Appa-

Apparet ex hoc præpostero immunditie contra-hendæ metu, præposta hypocritarum sanctitas, quod in traditionibus majorum observandis seduli, sed in custodiendis præceptis divinis negligentes sint ac remissi. Humana traditio & constitutio erat, ingressu in domum gentilis incircumsim immunditie contraria, ideoque à tali ingressu cavendum esse. Præcepta divina sunt, non occidas non dicas falso testimonium, non effundas sanguinem innocentem &c. Sed hi sanctuli præcepta illa divisa securè negligunt falsos testes contra Christum, conductentes & sanguini ipsius inhiantes, interim in constitutiunculis humanis observandis rigidi sunt ac strenui. Nimirum hoc est colare culicem & deglutire camelum, sicut Christus illis objicit, Matt. 23 vers. 24. ac transgreedi mandatum Dei propter traditiones humanas. Matth. 15. vers. 3. O impia & stulta hypocrisia, exclamat Augustinus tract. 114. in Jo-hann. habitaculo videlicet contaminarentur alieno & non contaminarentur scelere proprio; Alienigenæ judicis prætorio contaminari timebant & fratris innocens sanguinem fundere non timebant? Vitant immunditatem, quam ex ingressu in ædes gentilis contrahi putant, nec exhorrent interiorem illam immundiciem, quam ex effusione sanguinis innoxii contrahebant; Mundosse fore somniant, modò prætoriorum non ingrediantur, nec metuunt immunditatem, contra omne jus & æquum flagitantes, ut causa inaudita innocens morti adjudicetur. Hanc hypocrisi hereditario quasi jure nostri Pontifices & ipsorum afflæ ab his sanctulis acceperunt. Grande scelus apud ipsos habetur tempore quadragesimali carnes comedere, sed vino sese ingurgitare impunè licet. Conjugium personis Ecclesiasticis prohibent, concubinas accepta pecunia ipsis permittunt & publica lupanaria tolerant, unde flagitiosa vox Eccii, Hosii, Cajetani & Costeri prodit, Satis esse Sacerdotem certum concubinas alere successivæ, quam unam legitimam uxorem habere. Tales humanæ traditiones præceptis divinis præposita recenseri possent complures, fieri enim plerunque consuevit, ut humanæ traditiones sint opercula impietatis & securitatis; sicut Pontifices observatione humanæ constitutionis de non ingrediendo ædes gentilis, hoc loce tegunt sanguinarium suum de Christo interficiendo consilium. Quis enim non judicasset Pontifices & Seniores esse sanctos, qui tantâ religione & reverentia constitutiones Patrum servant? quis non existimat ipsos justissimam habere causam contra Christum, ut pote legis divinæ & humanarum traditionum adversarium? Quomodo judicari possunt peccare contra legem Dei, qui constitutiones majorum tantâ solicitudine obseruant? ita adhuc hodie solent hypocritæ sanctionum humarum observatione opinionem sanctitatis quærere & interiorem cordis impietatem veluti quodam velo obtegere. Quod si vel maxime privatas ædes gentilis incircumsisi intrare nolissent, tamen prætorium justitia ac judicij locum haudquam exhorre debuissent. Si enim judicia civilia & criminaria exercere iustum est, utiq; etiam locum judicij ingredi iustum ac piaculare esse nequit. Sed hoc est hypocritarum ingenium, ut de officio Magistratus ac potestatibus sublimioribus minus honorifice sentire soleant, sicut etiam hypocritæ in

Papatu statum politicum deprimit, obœdientiam debitam in civilibus ei denegant, ac Principibus autores sunt, ut reliquo vita statu, in quem divinitus collocati sunt, in monasteria sele conferant. Sylvestri in Conc. Romano can. 16. prohibet, ne quisquam Clericorum propter causam suam intret in Curiam quia omnis Curia dicatur a cruce & sit immolatio simulacrorum.

Quomodo autem Præses Romanus hunc status sui contemtum tulit? Exiit ad eos foras & dixit, Quam accusationem afferis adversos hunc hominem? Potuisset jure suo uti & recusare omnino judicium, nisi vellent domum judicij ingredi, sed accommodat se ipsorum moribus, cedit eorum pertinaciae ac foras ad eos progreditur: facilè eos admisisset in prætorium, sed cum intelligerer religione illos prohiberi, quod minus ob instantem Paschatos festivitatem in prætorium ingredierentur, indulget superstitioni. Potuisset hanc recusationem ingressus interpretari contemtum sui, sed ex innata facilitate juri suo cedit, dissimulat & exit foras, non in plateam, in qua propter populi multitudinem tumultuose omnia fuissent acta, sed in lithostrotum, qua fuit porticus ante prætorium instar pontis aedificata è prætorio in arcem Antoniam ducens, ut apparebit inferius. Quærit deinde, quam accusationem afferant adversus hunc hominem? cum juris dispositio postulet, neminem mortis supplicio afficiendum, nisi de crimine capitali sit convictus. Chrysost. homil. 82. in Joh. Interrogat Pilatus absurdum ratus judicium eos presumere, supplicium sibi permitti. Conspiciuntur autem in Pilato tres insignes virtutes stellulæ quedam in ipso, licet Ethnico Præside, refulgentes, omnibus Magistratibus ad imitandum propositæ. Prima est vigilans, erat adhuc summum manæ, cum Jesus adduceretur ad prætorium, jamdum tamen praefato erat Pilatus causis populi audiendis paratus. Hæc virtus Magistrati in primis deber esse commendata, quo Seneca in lib. de clement. verissimè pronunciavit, Omnia somnos illius vigilantia defendit, omnium orium illius labor, omnium delitias illius industria, omnium vacationem illius occupatio. Secunda est humanitas ac πεπονισμός, non urget suum jus, sumque statum, sed humaniter tolerat mores refractoriorum, sicut Mitio apud Comicum dicit, Non necesse habeo omnia pro meo jure agere. Exit ad Pontifices è Prætorio & cedit aliquantulum suo iuri. Simile exemplum humanitatis ac civilitatis, quæ superstitioni, pertinaciæ & furori Judæorum cesserit, de ipso commemorat Josephus lib. 18. antiqu. Judaic. cap. 4. (in aliis editionibus, est cap. 5.) Cum propter effigies Cesari nostri urbi illatas tumultus fuisset excitatus ac Pilatus animadverteret Judæos humi procedentes exertos præbere jugulos ac citius mortem subire velle, quam effigies illas tolerare, cessit ipsorum voluntati ac statuas illas Hierosolymis Casaream transferri, quavis armato exercitu ad hanc rem instruendo omnes è medio è tollere potuisset, qui obœdientiam detinabantur. Hæc virtus itidem Magistrati curæ esse debet, quem nihil æque commendat subditis, quam comitas, humanitas & clementia. Instum est humanis ingenii imperio insolenter uti, nec facilè modus servatur in ea re, quæ supra modum, sed hunc fervorem comitatis & clem-

& clementia rore temperare convenit. Tertia est *justitia*; non cedit Pilatus autoritati Pontificum, ut absque causa cognitione Christum damnet, non damnat inauditum, sed reo alteram aurem reservat & capita accusationis articulatum proferri flagitat. Hujus virtutis Romani fuerunt studiofissimi, licet Feltus Praes dicit Actor. 25. v. 16. Non est Romanis consuetudo donare χαριτεως aliquem hominem ad integrum, hoc est, in gratiam aliorum quendam damnare priusquam is, qui accusatur, presentes habeat accusatores, locumque defendendi se ab intentato crimen accipiat. Valerius etiam Publicola legem tulit, ne quis in dicta causa condemnetur, inde Pilatus hoc loco exponi sibi postulat, ob quæ crimina Christum mortis supplicio adjudicari velint, forte non ignoravit odia & inimicitias, quibus ipsum hactenus fuerant prosecuti.

Pontifices satis superbè respondent. Si non esset hic nocens, haud quam tibi tradidimus eum. Χαροποιης propriè significat maleficum ac facinorosum, qui veluti habitum quendam mala faciendi induit, quo sensu Aristoteles hac voce utitur lib. 4. Ethicorum cap. 3. Petrus 1. Epist. 2.v.9. usurpat de facinorosis poenæ capitali obnoxii, ad quorum vindictam Magistratui gladius est datus: illos Lucas cap. 23. v. 32. vocat κακογονος. Nonnus hoc loco reddidit, τελέσας αφανον κανον, quine farium facinus perpetravit. Alibi verò in genere usurpatur, pro eo qui malum agit, licet non sit capitali supplicio dignus. Prov. 12. v. 4. 1. Petr. 2. v. 12. cap. 3. v. 16. sicut & verbum κακοποιης generale est Marc. 3. v. 4. Luc. 6. v. 9. 1. Pet. 3. v. 17. Joh. 3. v. 11. Syrus reddidit. Si non esset hic σερβος ινικαιτις, neque tibi tradidimus eum. In genere dicunt, ipsum esse maleficum ac facinorosum, sed in specie nolunt exponere, ob quæ crimina morti ipsum adjudicari postulent; cupiunt sententia cognitionem sibi solis attribui, executionem verò supplicii ad Pilatum pertinere, cupiunt ipsum esse executorem sententia, non autem arbitrum cause, ut loquitur Leo serm. 8. de pass. Hoc igitur volunt dicere, sedemus in cathedra Mosis, sumus summi Pontifices, qui divinitus datum non errandi privilegium, concessa insuper nobis est à Romanis Imperatoribus potestas judicandi de criminibus contra legem Mosaiacam & religionem nostram commissis, tibi ergo haud convenit in nostras sententias inquirere, sed executionem supplicii dictare. Sumus longè prudentiores ac iustiores, quam ut innocentem supplicio adjudicari expetamus, sumus proceres sancti populi, proinde non convenienti tibi gentili rationem nostrâ sententia reddere. Nos religiosissimi Pontifices, Scribae in lege eruditissimi, Pharisæi sanctissimi, Seniores autoritate conspicui, ac totum Synedrium judges incorrupti ac probati, nos omnes unanimi suffragio re diligentissime examinata deprehendimus, hunc promeritum esse capitale supplicium, sufficiat igitur tibi nostra autoritas ac nostra sententia. Hoc profectò erat iniqüissimum postulatum, declinare criminis probationem & nihilominus expetere supplici executionem. Aliam omnino legem sibi divinitus datam noverant, de qua Nicodemus inquit Joan. 7. v. 51. Nunguid lex nostra judicat hominem nisi prius au-dierit de ipso & cognoverit quid faciat? Extat autem illa lex Deut. 17. v. 6. cap. 19. v. 15. &c. sed

oblitii hujus legis postulant Christum nec accusatum, nec auditum, nec convictum, nec confessum, mortis supplicio adjudicari. Pilatus ex lumine naturali intelligit hoc iniquum esse, sed Pontifices qui gloriabantur se esse peculiarem Dei populum ac habere lumen gratiae, eò impietas progrediuntur, ut innoxium & inauditum ad mortem depolcent, qui enim in lumine gratiae contra conscientiam peccant, gravioribus tenebris involvuntur, quam ipsi gentiles Naturæ lumen adhuc habentes. Ut autem Romani Pontifices gloriantur se esse succellores Pontificatus Levitici (siquidem dicta, quæ de autoritate & potestate Pontificis in Vet. Testam. loquuntur, ad se se transferunt, ut ex Bellarmino & reliquis Scriptoribus Pontificis constat) ita quo heredes sunt hujus impudentiae, iniquitatis & arrogantiæ, quam in Judaicis Pontificibus hoc loco conspicimus. Arrogant enim sibi privilegium non errandi in suis decretis, sententias suas pro oraculis ἀνπευθύνοις haberi postulant, & in eorum veritatem juxta normam verbi cœlestis inquiri levissime vetant, ut patet non solum ex encomiis, quæ Canonista Pontifici Romano tribuunt, sed etiam ex cap. Si Papa distinct. 40. & ex viva praxi. Nec oscitante prætereundum, quod Christus coram publico judicio præter suum meritum vocatur κακοποιης. Non noverat peccatum. 2. Cor. 5. v. 21. non fecerat peccatum, nec inventus erat dolus in ore eius Elia, 5. 3. v. 9. 1. Petr. 2. v. 22. non erat κακοποιης sed εὐεργέτης, quia pertransit Iudeam & Samariam benefaciendo & sanando omnes oppressos à Diabolo. Actor. 10. v. 38. ibid. est illud omne bonum, quod fecit Pater cœlestis antefaciebat Mosis transire Exod. 3. 3. vers. 19. ac nihilominus hic audit maleficum & facinorosum. Venerat in mundum ut delstrueret & aboleret malum per peccatum in genus humanum introductum, & tamen vocatur malefactor, Interrogentur, inquit August. tract. 114. in Joh ac respondant ab immundis spiritibus liberati, sanati languidi, leprosi mundati, surdi audiunt, muti loquentes, ceci videntes, mortui reurgentes & quod omnia superat stulti sapientes, utrum sit malefactor Iesus? Sed ista dicebant, de quibus jam ipse per Prophetam predixerat: Retribuebat mibi mala pro bonis Psalm. 35. v. 12. Volut autem Christus propter nos hoc convictionem sustinere. Nos omnes verè sumus κακοποιοι, quia non est inter nos qui faciat bonum, non est usque ad unum Psalm. 14. v. 3. Rom. 3. v. 12. Christus nostra peccata sibi imponi passus est, factus est κακοφορος, recepit in se malum nostrum, id est coram publico Judicio hoc in loco κακοποιης vocatur. Quod si eandem pro benefactis à mundo referamus gratiam, solemur nos exemplo Christi, si enim Patrem familias vocarunt Beelzebub, quanto magis domesticos ejus hoc honoris titulo appellabunt? Matth. 10. v. 25. Sic ergo Pontifices postulare audent, ut Christus absque prævia causæ cognitione à Pilato morti adjudicetur, ipsimet enim sibi probè confici erant innocentia Christi & falsitatis testium, quos secum ad tribunal adduxerant.

Pilatus probè intelligens obliq; se his verbis pontificum perstringi, quod detrahant ipsorum autoritati, prudentia ac probitati, quando eos non iudicat fide dignos, propter quos sine ulteriori inquisitione mortis supplicium in reum statuat, pari-

pari reponens vicissim mordaci quodam dictione ipsos velicit, Et gibt ihnen wiederum einem heimlichen Stich, der nicht blutet. Dicit enim eis, *Accipit enim vos, & secundum legem vestram judicare eum.* Quidam hoc accipiunt permissive & concessive dictum hoc sensu: Si non deliquit contra leges Cæsareas, nec contra publicam honestatem, sed saltē contra vestras superstitiones, ipsimet eum judicate. Hanc interpretationem videtur confirmare verbum *neque quod generale est.* Quamvis enim judicia capitalia Judæis essent ademta, ut absque concessione Romani Præsidis nullum potuerint ultimo supplicio afficere, tamen relicta illis erant judicia de minoribus delictis, quæ nondum erant capitalia, ac potestas inferendarum poenarum ultimo supplicio minorum, sicut Claudio Cæs. in edito quo *avrovius* concedit Judæis in Imperio Romano viventibus expresse testatur, *quod fuerint illis sua iura integræ conservata per Presides Romanos, quodque sub D. Augusti Principatu & temporibus sequentibus licitum illis fuerit suis legibus ac majororum suorum moribus vivere,* teste Joseph.lib. 18. antiq. cap. 5. Huic explicacioni etiam faveat Lyranus in cap. 18. Joh. *Sciendum,* inquit, *quod Romani aliqua minor a judicia reliquerant Judæis, sed non poterant pro talibus inferre paenam mortis, quia Romani retinuerant sibi causam sanguinis, ideo per hanc responsionem prohibebat Christo inferre mortem.* Sensus igitur foret. Si quid est ab hoc reo commissum quod ad tribunal Cæsareum non pertineat, si carnem suillam gustavit, si Sabbathum violavit, si liberius contra Mosen vel templum locutus est, vosque in Concilio vestro cum propterea vel virgis cædendum, vel publica ignominia afficiendum statuistis, ipsi metiuxa legem vestram illum judicate. Sed quia vox *xaxorios* propriæ ultrapatur de maleficio capitalis supplicii reo, & quia Christus vinctus cum solenni pompa ad prætorium fuit ductus, ex eo facile intelligebat Pilatus, executionem ultimi supplicii ipsos flagitare. Quidam ergo existimant, potestatem fuisse Judæis hoc Pilati responso datum, ut capitum poenam in Christum dictam executioni darent. Si est Pseudopropheta vel blasphemus interficiatur juxta legem vestram, mihi non vacat controversias de superstitionibus vestris audire ac decidere. Sed procul dubio hanc potestatem ob viis manibus sanguinarii Pontifices acceptassent, si hisce Pilati verbis eam sibi datum esse intellexissent. Nec dubitari potest, quin fama de pietate, sanctitate, concionibus & miraculis Christi ad Pilati aures pervenerit, haudquam igitur studio iustitia Romanis insito conveniret, potestatem vitæ & necis in ipsum permettere Pontificibus, quorum capitales inimicitiæ, invidiam & odia contra Christum probè noverat. Simplicius ergo ac textui convenientius est, hanc Pilati responsionem accipere ut prudentem quandam mordacitatem, quâ ipsorum injüstiam, arrogantiam & hypocrisi pungere voluerit. Audio vos expetere, ut in hunc reum inauditum mortis sententiam pronunciem, at nec legibus nec moribus Romanis hoc receptum est. Vos judicate eum secundum legem vestram; perpetuò gloriamini de vestris legibus, de vestro cultu, de vestro Deo, ac gentes reliquas tantopere aversamini, ut ne quidem prætorium metu contrahendæ immundicie invuleris ingredi, mirum igitur est, populum tam

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

sancutum à Deo suo accepisse legem tam iniquam, ut absque prævia cause cognitione capitale suppliū alicui irrogandum postulare aūsit. Quod si talēm habetis legem, ipsimet eum judicate, si sufficit vestra examinatio, sufficiat eriam vestra sententia; si me indignum judicatis, cui rationes vestræ sententiæ damnatorię exponatis, etiam vos indignos judico, quorū crudelitati ministrum me præbeam: si non debo esse judex causæ, nolo etiam esse executor sententiæ. Judicate eum secundum vestram illam iniquissimam legem, sed tamen caven- dum vobis erit, ne si ex odio & invidia immeritum occidatis, graves hoc nomine poenas Cæsari Romano luatis. Apparet igitur ex hac irrisione Pilati mordacitatem, quomodo hypocrita suā impietate illis, qui sunt extra Ecclesiam, dent occasionem Deum & verbum ejus blasphemandi, sicut de Judæis dicitur Esaïæ 52. v.2. Ezechiel. 36. v. 23. Rom. 2. v. 24. nomen Dei per vos blasphematur inter gentes. Id ipsum de Romanis Pontificibus & Clero Pontificio jure dici posset. Editum est à Vegerio Episcopo Justinopolitan Confilium de emendanda Ecclesia, à quibusdam Cardinalibus ad id delectis, Paulo III. Pontifici datum, in quo inter cetera sic loquuntur: *Creditat sanctitas vestra scientibus, quod infideles hanc precepit ob causam ( propter pestiferos Curia Romanæ abusus) Christianam religionem derident, adeò ut per nos, inquinamus, nomen Dei blasphemetur inter gentes.* Sed redeamus ad Historiam.

Judæi, hoc est, proceres Judæorum, videlicet summi Sacerdotes & Seniores probè intelligunt acri & mordaci sermone Pilati sepe pungi, autoritatem igitur Præsidis reveriti humilius quamante respondent, *Nobis non licet interficere quenquam.* Quidam hoc intelligunt respectu festi Paschalis esse dictum, quod propter sanctitatem festi non licet illis hoc tempore effundere sanguinem, sicut de Herodè dicitur Actor. 12. v. 4. quod Petrum comprehensum servaverit in carcere ductus reverentiæ festi Paschatos ac volens eum post exactas ferias deinde populo producere. Chrysostom. homil. 85. in Matth. *Non licet nobis eum interficere, scilicet propter festi vicinitatem.* August. tract. 114. in Joh. *An non interficiebant, quem interficiendum offerebant?* sed intelligendum est eos dixisse, non licet sibi quenquam interficere propter diei festi sanctitatem, quam celebrare jam caperant. Gloss. ordin. h.l. *Nobis non licet interficere scil. festis diebus, quia alio tempore licebat secundum legem.* Hæc sententia insignem Pontificum hypocritam demonstraret, quod Paschatis festum sanctæ & legitimè sese celebraturos sperant, cum tantis sceleribus sese prius contaminassent. Volunt leges & ritus externos tantâ religione observare, cum Dominum legis falsis accusationibus oneraffent & morti adjudicassent. Quidam putant respectu sue personæ siue status hoc esse dictum eo scil. sensu. Nos sumus personæ Ecclesiasticae, nobis non licet manus nostras sanguine contaminare, sed nostrum est sanguinem sacrificiorum Deo offerre. Ex quo itidem eluceret, præpostere horum hypocitarum religio; quasi vero non interficerent eum, quem interficiendum Pilato offerebant ac tam importunis clamoribus ad mortem deposcebant. Tales sunt Episcopi Papales, qui Magistratum Politicum ad effundendum innocentem

N

Con-



Confessorum Christi sanguinem instigant, interim ratione status ab effusione sanguinis se prohiberi prætendunt. Sed constat ex Vet. Testam. ante ablatum à populo Judaico sceptrum potestatem irrogandi pœnas capitales penes Synedrium fuisse determinata. 17.v.9. Quidam putant Pontifices his verbis non planè negasse licitum sibi esse maleficos occidere, sed tantum crucifigere. Id colligunt ex intentione Pontificum, neq; enim vulgari quodam supplicii genere Christum è medio tolli volebant, sed ignominiosissimum & atrocissimum mortis genus, crucifixionem sc. ipsi irrogari. idem probare volunt ex sequentibus verbis Evangelista, in quibus dicit, *hoc esse factum, ut sermo Iesu impletetur, quem dixerat significans, quā morte esset moriturus*, ostendit enim divina providentia factum esse, ut Christus Præsidio Romano traditus juxta ritus Romanorum fuerit crucifixus. Si enim Judæi habuissent jus gladii, vel si potestatem interficiendi Christum à Pilato sibi ablatam acceptassent, tunc eum lapidassent, ut pote quem judicaverant blasphemum, iuxta legem Lev. 24.16. Quamvis verò hæc expositiones non omnino improbemus, tamen textui convenientissimum est, responsum Pontificum sic accipere, quod absolute & simpliciter negent sibi jus gladii competere. Ostendimus enim superius, à Romanis, sub quorum potestatem redacti erant, ablatam ipsi fuisse potestatem exercendi judicia capitalia: Neque in præcedentibus verbis Pilatus ipsi concesserat gladii contra Christum stringendi usum, eam enim cupidissimè quæsitam ambabus manibus acceptassent, sed mordaci & acri dictero iniquitatem postulati sui ipsis exprobaverat. Sic ergo denuo contra seipso testimonium dicunt, quod Jesus Nazarenus, cuius sanguinem tantoperè sitiunt, sit promissus ac diu expectatus Mæsias, quippe qui in mundum venerit ablatu jam à tribu Iuda sceptro & redactis sub alienam potestatem Judæis Genes. 49. v.10. Volunt etiam hac submissione corrigere, quod paulo ante peccaverant, postulantes absque cognitione causæ Christum mortis supplicio addici: quia enim hoc iniquo postulato Præsidem videbant offensum, ideo hypocritica quadam reverentia & Romanæ majestatis confessione effusam Præsidis gratiam iterum colligere parant, ut in accusatione contra Christum intentata ipsum habeant faventem. Evangelista remittit nos ad consilium divinum, addit enim *hoc esse factum, ut sermo Iesu impletetur, quem dixerat significans quā morte esset moriturus*. Qui statuunt, Pilatum in præcedentibus verbis concessisse Judæis potestatem interficiendi Christum, illi hanc proferunt connexionem, divina providentia fuisse factum, ut Judæi concessa sibi à Præside potestate uti nolent, impletum enim hac ratione Christi de crucifixione sua vaticinium, quod supplicii genus non apud Judæos, sed duntaxat apud Romanos usitatum fuit. Quia verò ostendimus superius, verba Pilati sonare magis mordacem irrationem, quam honestam quandam & gratiolam concessionem, ideo alia querenda est conexio. Quando Pontifices dicunt sibi non licere quenquam interficere, exponunt causam, quare Christum duxerint ad Pilatum, nimurum eam, quia adempta ipsis fuerint judicia capitalia, ut non potuerint absque concessione Romani Præsidis sen-

tientiam mortis contra Christum prolatam executioni dare, & quia ignominiosissimo suppliciū generi, videlicet crucifixione apud Romanos in usu posita, Christum è medio tolli expetebant. Evangelista igitur hisce verbis animos nostros elevat ad considerationem divini consilii & prædictionum, Christi de mortis suæ genere. Tales verò prædictiones occurruunt duplices, quædam enim eō spectant, quod Christus non à Judæis sit interficiendus, sed gentibus tradendus ut occidatur. Matth. 20.v. 18. Marc. 10.v.33. *Principes Sacerdotum & Seniores tradent filium hominis gentibus ad illudendum, &c. Luc. 18. vers. 31. Filius hominis tradetur gentibus, & illudetur & flagellabitur &c. quædam ipsum supplicii genus crucifixionem scilicet determinant*. Matth. 20.vers. 19. *Tradent eum gentibus ad crucifigendum. cap. 26 vers. 2. Filius hominis tradetur, & crucifigatur. Johan. 3. vers. 14. Sicut Moses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis. Johan. 12. vers. 32. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Ad utrumque prædictionem genus Evangelista nos his verbis remittit, maximè verò ad posteriores, quia vocabulum τὸν θεόν qualitatem mortis propriè respicit, quamvis Augustinus tract. 114. in Johan. existimet ad priores prædictiones potius respectum haberi: *Ista dicendo, inquit, significavimus Dominus, quā esset morte moriturus, non quod hic mortem crucis vellet intelligi, sed quod eum Judæi fuerint gentibus, hoc est, Romanis tradiri. Quare autem crucis supplicium ad perficiendum redemtionis opus Christus elegerit, ejus rei causa expemus inferius:*

*Jesus autem stetit ante Præsidem, ait Evangelista. Stetit vincitus & ligatus, stetit reus coram tribunali Præsidis, ut nos coram Dei judicio stare possimus. Luc. 21. v. 36. Eadem voce intrepidam animi constantiam in Christo exprimere voluit Evangelista. Stetit imperterritus heros ipso vultu innocentiam suam manifestans, ac singularem quodam gravitate Præsidem officii sui admonens, ut ex sequentibus intelligetur.*

2. Pontifices igitur cùm animadverterent primâ viâ rem non succedere, hoc est, Pilatum nolle indicata causa Christum condemnare, aliâ rem aggreditur viâ, proferunt enim accusations suas contra Christum, quæ ad singularem invidiam apud Præsidem ipsis conciliandam instructæ erant. *Ceperunt eum accusare, dicentes: Hunc deprehendimus evertentem gentem ac vetantem tributa dare Cesari, dicentes se esse Christum Regem, Αλεξανδροῦ propriè est distorquere, sic collum Αλεξανδρου quando sinistro flexu pervertitur ac depravaratur, Αλεξανδρου τὸ ἔθνος est pervertere, conturbare gentem. Apud Demosthen. pro cor. dicitur Αλεξανδρεῖς, qui obscurat & mendacis distorquet veritatem. Actor. 13. vers. 8. usurpat pro aversione à fide, sicut & falsi doctores dicuntur loqui Αλεξανδρεῖς Actor. 20. vers. 30. perversa & depravata. Inde igitur quidam colligunt, primum caput accusationis esse de hæresi, quod Christus à veteri religione auditores suos avertat, & novis ac hæreticis doctrinis in fide illos conturbet. Quo referri posset significatio vocis Αλεξανδροῦ Exod. 21.*

v.6. ubi iniqui judices dicuntur *pervertere causam pauperis*, hoc est, falsa sententia eam distorquere. Et via *impiorum* dicuntur *perverfa* Judic. 5. v. 6. Proverb. 10. v. 10. hoc est, obliqua & depravata; pari ratione falsi doctores pervertunt suos auditores, hoc est, falsa doctrinā eos inficiunt ac corrumunt, ut oblixi verā pietatis ac veri cultus divini gradiantur in viis perversis, sicut Aaron dicitur *nuclasse populum* Exod. 32. v. 25. hoc est, occasionem dedisse, ut populus vagaretur sine Deo, sine verbo Dei, sine obediencia Deo debita. Syrus etiam eō alludit in sua versione: *Hunc invenimus errare facientem gentem nostram.* Hac igitur ratione, triplex foret accusationis caput, 1. quod Christus sit hereticus & Pseudopropheta avertens populum à vera religione, 2. quod sit seditionis, cūm vetet tributa dare Cæsari, 3. quod sit adversarius Politici Magistratus, cūm profiteatur se esse Regem: quo pacto accusaretur Christus, quod egisset contra ius divinum, naturale & civile. Contra divinum in eo, quod genti veritatem averterit à vero cultu Dei. Contra naturale in eo, quod prohibuerit dare tributa Cæsari, cūm tamen ius Naturae doceat, pro defensione vicissim aliquid contribuendum esse. Contra humanum, in eo quod dixerit se esse Regem & molitus fuerit res novas contra Magistratum, qui dicitur *humana ordinatio*, *αἰγαλίνη ἀλογός* 1. Petr. 2. v. 13. Et convenit sanè odio & invidiae Judæorum, distinctis ad diversis accusationum capitibus Christum onerare, ut si in uno capite probando forte succumbant, in aliis speciem quandam suę delatione concilient. Sed quia Pilatus, utpote Ethnicus, religionis Judaicae ignarus ac negligens fuit, unde paulò post ad Christum de veritate differentem ex supino religionis contentu dicit, *Quid est veritas?* ac qua membrum primum accusationis de averseione populi ipsi Pontifices paulò inferius sic expoununt *αὐτοῖς τὸν λαόν, conturbat populū docens per totam Iudeam*, denique quia duo posteriora membra sine vinculo conjunguntur, *vetat tributa dare*. Cæsari dicens se esse Regem, hoc est, cūm se profiteatur Judæorum regem, eo ipso vetat Cæsari ordinario Magistrati tributa dare, ideo verisimilius est omnia accusationis membra ad unum caput *seditionis* pertinere, avertire gentem, vetare tributa dare Cæsari ac profiteri se esse Regem, hæc omnia ad seditionem spectant, unde Pilatus id unum à Christo querit, *an sit ille Rex Judæorum?* ex quo intelligitur, quod accusationem Judæorum itidem sic acceperit, quod Christus Regem se professus, hoc ipso gentem ab ordinario Magistratu, videlicet Cæsare Romano, avertit & tributa in signum subjectionis eidem amplius dari prohibuerit, siquidem Judæi talem expectabant Regem, qui ab aliena potestate Romanorum ipsos liberaret, ac in pristinam libertatem restitueret. Hæc significatio verbi *Ἀλεξάρεω* in Scripturis non est insolens, quia Exodi 5. v. 4. Num. 32. v. 7. dicuntur populum *Ἀλεξάρεω* qui ab obediencia Magistratui debita eum avertunt & impius Rex Achab Eliæ tribuit 1. Reg. 18. v. 17. quod *Ἀλεξάρεω* conturbet ac perverrat Israhel seditionis suis concessionibus, ubi in Hebræo est verbum *ψῦ* quod significat *ordinem ac dispositionem re* & *opere perturbare*, quia in seditione perturbatur ordinis politiæ divinitus constitutus, *Ἐβραὶ* alibi in-

specie usurpat, pro gentilibus prout à Judæis distinguuntur Matth. 4. v. 18. cap. 6. v. 32. &c. hoc autem loco usurpat vel generaliter pro omnibus hominibus, quia quamvis Christus ut plurimum in Judæa & Galilæa docuerit, tamen fines gentium quandoque attigit, nec uspiam ex auditum suorum cœtu gentiles discedere jussit, quæ generalis significatio vocabuli *Ἑβραῖοι* occurrit Matth. 25. v. 32. cap. 28. v. 19. vel specialiter pro populo Judaico, quia Pilatus repetens Judæorum accusationem differentie causâ paulò post addit *Ἐβραῖοι* & *οἱ γενεὰ tua*, hoc est, Judaica tradidit remibi & Syrus hoc loco illam determinationem addit. *Hunc invenimus errare facientem gentem nostram*, quæ significatio specialis itidem in Scripturis alibi occurrit Lucæ 7. v. 5. Johann. 11. v. 48. 50. 51. 52. &c. Porro hanc accusationem publica, præconis voce proclamare jussérunt, ut non solum ex vulgata consuetudine, sed etiam ex verbo *Ἄλεξανδρος* quo Syrus hoc loco utitur, intelligi potest, significat enim *Ἄλεξανδρος* *divulgavit, perulgavit, proclamavit, publicè predicando palam fecit* Matth. 4. v. 1. ex quo intelligitur impudentia Pontificum, quod non fuerint veriti mendacia sua publicè coram auribus totius populi proferre. Per contemptum etiam dicunt *τύπον*, neque enim dignum judicant cuius nomen impurissimum sancto suo ore proferrant. *Hunc invenimus*, inquit *ἐργοῦσθε* in forma perfecti, non odio vel malevolentia concitat ipsum accusamus, sed prævia exacta cognitione rem se hoc modo habere deprehendimus, *Invenimus eum pervertentum gentem* & *vetantem tributa dare* (vel dari, in Græco enim est *ἀδέονται*) *Cæsari, dicentem se esse Christum Regem*, hoc est, promissum nostrum Messiam ac Regem. Quamvis enim dignitas Regia Messiae nomini sit incusa, illud tamen specialiter exprimit ad majorem invidiam apud Pilatum ipsi conciliandam, novarent enim gravissimi criminis loco haberi, si quis se citra autoritatem Romani Cæsaris profiteretur se esse Regem in populo Judaico, ideoque peculiariter Pilato in mandatis datum, ut diligenter in tales seditiones Reges inquireret. Sed haec omnia quorum Christum hoc loco accusant, erant impudentissima mendacia & quidem notorie falsa. Professus quidem erat se esse Messiam ac proinde etiam Regem, sed non tam, qualem ipsimet sibi fingebant, inde cum quereretur ad tale regnum mundanum ac politicum Joh. 6. v. 15. profugit in montem; cum postularetur arbiter in causa dividenda hereditatis, recusaverat has partes Luc. 12. v. 14. Magistratus tributum non solum ipse pro se solverat Matth. 17. v. 27. sed etiam publicè omnes docuerat, *dādā esse Cæsari, quā sunt Cæsarī* Matth. 22. v. 21. Ies ipsa quoque clamabat, Christum non affectare, regnum aliquod terrenum, quia non colligebat opes rerum in imperiis gerendarum nervos, non conscrivebat milites, non comparabat sibi arma, non dicebat discedendum esse ab obediencia Romanii Cæsarisi; quinimo paulo ante deserts verbi professus erat se esse Regem, non mundanum, sed coelestem, qui conspiciebatur olim sit sedens a dextris virtutis DEI, ac veniens in nubibus cali Lucæ 22. v. 69. Ipsa quoque doctrina Christi nec hæretica erat, nec seditionis, provocavit enim-

semper ad Mosen & Prophetas, docuit veram pœnitentiam, veram pietatem & sincerum Dei cultum, ad legem non abolendam sed implendam scel misum esse docuit, territis & contritis gratuitam peccatorum remissionem annunciat, doctrinam suam divinis miraculis confirmavit, liberavit oppresos à Satana, peccatores convertit, ægros sanavit, adeoque beneficiando omnibus Judæam pertransiit &c. hæc certè nec hæretici nec seditiosi sed pii Doctoris & benefactoris erant opera in luce omnium posita, ut mirum sit, Pontifices impudentem illam calumniam contra Christum proferre fuisse ausos. Sed propter hanc mendacem accusationem promeriti sunt, ut tota ipsorum gens hodie sit averfa, perversa & ferè everfa, ut sub gravissimis tributis ægrè tolerentur, ut vero Messia destituti alium frustra expectent. Quamvis verò hæc accusationis capita essent falsa & conficta, ita tamen comparata erant, ut speciem aliquam coram Pilato illis prætextere potuerint. Christus enim contra corruptelas Pharisæicas & peruvlagos errores acriter pugnaverat, videri igitur poterat ipsum quædam nova proferre, quam novitatem esse hæreticam calumniabantur, quin & miro quodam favore mentes hominum sibi conciliaverat, unde aliquot millia hominum in cœtu auditorum suorum per desertum ipsum secuta secum habuerat, nec uno quodam in loco, sed per totam Galilæam ac Judæam docuerat, id quod seditiōnēm spectare calumniabantur. Et quia ex Josepho lib. 20. antiquit. cap. 16. lib. 2. de bello Judaic. cap. 12. & Eusebio lib. 2. Histor. Eccles. cap. 11. &c. constat circa illa tempora complures seditiones in populo Judaico fuisse excitatas auctribus, Iuda Galilæo, Pseudopropheta Ægyptio, Thenda Galonite, Caphedone &c. inde colorare poterant suam accusationem, quod Christus ejusdem furfuri cum illis seditiosis esse videatur. Adde quod coram Concilio Ecclesiastico se promissum Messiam esse publicè fuerat professus, quare cum tam expectarent Messiam, qui futurus esset Rex Politicus & terrenus, liberatus populum Judaicum à potestate Romana, quam opinionem inter Judæos vulgatam Pilatus etiam præconceperat, inde magnam speciem habebat hæc accusatio, quod Christus sit homo seditiosus ac proinde è medio tollendus. Eandem adhuc hodie experitur forte doctrina Christi, quod scilicet hæreticos & seditiosos accusatur. Cum enim damnet impios & idolatricos cultus contra normam verbi cœlestis receptos, quos tamen mundus judicat Deo esse gratissimos, inde judicatur hæretica: cum removeat corruptelas in Ecclesiam introductas & ex agro Dominico zizania revellat, inde judicatur nova: cum in causa religionis ac fidei Deo plus quam hominibus obtemperandum esse doceat, inde judicatur seditiosa. Id verò non tribuendum est Evangelicæ doctrinæ præconio, sed perverso hominum iudicio, Ipsa doctrina Evangelii in se ac per se est pia, sana & recta, docet enim veram erga Deum pietatem & debitam erga Magistratum obœdientiam, sed virtus hominum receptis corruptelis adhaerentium & mendacia veritati præponentium accidit, ut nova, hæretica & seditiosa videatur: id verò non sit nobis scandalo, quia perpetuo hanc sortem doctrina cœlestis in mundo est experta. Elia audire cogi-

tur ab Achabo Reger, tu es qui conturbas Israhel? Reg. 18. v. 17. de Jeremia dicunt Jerem. 38. v. 4. ha- mo iste non queritur pacem populo huic, sed malum. Paulus Apostolus confertur cum seditioso Ægyptio Actor. 21. v. 38. & coram Felice Præside acculatur, quod si homo pestilens, concitans seditiones per totum orbem Act. 24. v. 5. sed hæc est pessima ingratitude pro beneficiis divinis. Politica pax & tranquillitas datur præcipue hoc fine, ut vera RELIGIO propagari possit, finis enim politiarum est collectio Ecclesiæ 1. Tim. 2. v. 4. iniquissimum igitur est, veros & sinceros Doctores vocari turbatores politica tranquillitas & evversores Reipublicæ. Apparet eram ex hac Pontificum accusatione, quodnam sit ingenium hypocritarum & falorum doctorum. Proficiunt sibi de brachio seculari, confidunt de virtute seculi, quia desperant de adjutorio Dei, calumniis & mendaciis onerant doctrinam cœlestem & ejus confessores, & quibus criminibus ad utramque arem sunt immersi, ejus veros Doctores peragunt res. Pontifices variis corruptelis legem divinam depravaverant & populum à vero cultu ad superstitiones & idolatriam averterant, interim sibi arrogant titulum Ecclesiæ & doctrinam Christi hereteos accusant. Iidem iugi Romani erant impatiensimi ac fallo libertatis divinitus concessæ praetextu docebant, Romano Cæsari non esse dandatributa, interim Christo mendaciter hoc objicunt, ac si ipse prohibuisset Cæsari tributa dari. Avidè exspectabant promissi Messia adventum, de quo somniabant, quod futurus sit Rex terrenus, nunc cum Christus se Messiam ac Regem esse præfiteretur, hoc nomine seditiois apud Præsidem Romanum illum accusant. Atqui debuissent Scripturas scrutari, utrum proprietates promissi Messia in Iesum Nazarenum competenter, antequam seditiois & blasphemias ipsum propter hanc professionem damnarent. Sed tribuendum hoc ipsorum livori & inuidia, quæ animos ita excœaverat, ut Christum, quem nec opibus, nec potentia, nec regno florere videbant, rejicerent & Romanis ultem servire, quam ipsum pro Rege recipere malent. Voluit autem Christus propter nos hanc accusacionem, calumniam & contemptum sustinere. Primi Parentes per peccatum se à Deo & sancta illius lege averterant, quod malum in omnes ipsorum polteros propagatum, ut mentes & voluntates omnium hominum naturâ sint à Deo averse. Christus autem patitur hoc loco se accusari, quod avertat populum à Deo, ut huic male naturaliter in cordibus nostris hærenti medicinam afferat. Primi Parentes debitum obœdientiae tributum Deo denegaverant, ac nos ipsorum posteri censum fidelis subjectionis cœlesti Imperatori sæpius denegamus; Christus hoc loco patitur se accusari, quod prohibuerit tributa dare Magistratui, ut ab illo inobœdientia reatu nos liberet. Primi Parentes nostri falsos honores affectaverant volentes esse sicut Dii, nos quoque ipsorum posteri falsam libertatem & dignitatem sæpius nobis arrogavimus. Christus autem patitur hoc loco se accusari, quod Regiam dignitatem sibi falso arrogaverit, ut pro nostra ambitione satisficiat.

3. Pilatus percepit Judæorum accusatione iterum reddit in prætorium & vocato à se Jesu, dicit ei: Tu es ille

ille Rex Judeorum? nunc es Messias & Rex ille, quem Judæi expectant, hanc enim emphasis articulus demonstrat. Ideo autem intus in prætorio, non autem extra ædes coram populo Christum examinat, ut liberè & absq; omni tumultu de objectis criminibus respondere posset. At cum tria distincta fuerint accusationis membra, videlicet quod Christus averterit gentem, quod prohibuerit tributa dare Cæsari, & quod se Regem esse professus fuerit, cur pratermissis primis duobus objectis de tertio solum Pilatus ipsum examinat? Quidam respondent, quod crimen hærefoes propterea reliquerit intactum, quia ignarus fuerit religionis Judaicæ parum curans mutuas Pharisæorum, Sadducæorum, Essæorum, Scribarum &c. de lege concertationes & quia judicarit cognitionem hujus causæ ad forum politicum minimè pertinere. De tributo itidem ipsum siluisse, vel quia noverit hoc apertum esse mendacium ab invidis confictum, cum ante dies non ita multos Cæsari ea quæ sunt Cæsaris dare jussit, vel quia noverit disputationem hanc inter Judeos esse tritam, quod Cæsari non sint tributa danda. Sed ostendimus superius, omnia accusationis membra ad hoc unum caput redire, an scilicet Christus professus fuerit se esse Regem & hac ratione seditionem concitare voluerit. Sic enim habent accusationis verba: *Hunc invenimus avertentem gentem & tributa Cæsari dare prohibentem dicentem se esse Christum Regem.* Hoc est, quia se profitetur Messiam & Regem, eo ipso avertit gentem ab obœdientia. Magistratus & vera tributa ei amplius dari. Pilatus igitur censens hanc accusationem non esse tanquam parvi momenti prætermittendam, cum vergat in præjudicium Imperatoris Romani, cuius ipse erat vicarius & ab eo in provinciam Præses missus, querit ex Christo, an objectum crimen fateatur, *Tu es ille Rex Judeorum?* Accusatores Christi objeccerunt, quod dixerit se esse Regem Judeorum, videtur igitur examen eodem modo fuisse formandum. Tunc diciste esse Regem Judeorum? sed Pilatus vir acris judicii singulari procul dubio consilio quæstionem hoc modo format, *Tunc es ille Rex Judeorum?* potuisset enim Christus revera esse Rex Judeorum, si vel maximum se talem esse professus fuisset; ac videbatur majestati Cæsaris derogare, non solum, si quis profiteretur se esse Regem Judeorum redita Judæa à Romanis in provincia formam, sed etiam si quis talis Rex esset. Nec tam de facto quam de jure Pilatus querit, an Christo jure debeat dignitas & titulus Regis vel propter ortum ex stirpe regia, vel propter populi consensum &c. nam de facto regiam potestatem ipsum nunquam exercuisse Pilatus probè noverat. Potest etiam cogitari, quod demonstrativum *Qv* peculiarem quandam emphasis contemptus & irrisio- nis contineat. Tu quilibus vestimentis induitus catenam non auream sed ferream gestas, qui solus sine ullo comitatu aut satellitiostas, qui nihil regium præ te fers, tunc es Rex Judeorum? num eorum Rex es, quibus ligatus & vincitus hoc adductus es, à quibus etiam ad mortem depolceris? Notum erat Pilato, Judæos summis desideriis expectare Regem, per quem à potestate Romanorum liberentur, cum ergò audiret hominem pauperem, contemptum & abjectum sibi

hanc dignitatem arrogare fuisse ausum, procul dubio stoliditatem judicavit hanc de Regis titulo controversiam inter Christum & Pontifices Judæos, cum nihil quicquam in Christo conspicuum sit, quod magnifico huic nomini respondeat. Quidam existimat miracula & ingressum Christi regium in urbem Hierosolymitanam suspicionem movisse Pilato, quod hic ipse sit expectatus ille Judæorum Messias, qui occulte id agat, ut postquam animos populi sibi divinxisset, regiam dignitatem & appellationem tunc demum sibi sumeret, alias namq; cum absurdâ sua accusatione Judæos à tribunal rejecisse. Origenes existimat, summum Pontificem dubitanter dixisse: *Si tu es Christus Filius Dei?* Pilatum vero pronunciavit, *Tu es Rex Judeorum.* Sed res ipsa manifestè ostendit, utrobius esse quæstionem, non autem assertionem. Apparet autem ex hac Pilati quæstione sapientum hujus mundi ingenium, qui ex splendore & aspectu externo de Christi regno judicant, quem cum opinioni suæ non respondere animadvertisunt, superbè illud contemnunt.

Respondeat Christus Pilato: *At te meti ipso tu hoc dicas, an alii tibi de me id dixerunt?* q.d. Hoc prius ex te quæro, antequam respondeam, num ipse suspicis me affectare regiam dignitatem & hoc nomine laetæ majestatis Cæsareæ tibi reus videar, an vero ex aliorum opinione quæras? Qui interrogat, quamvis dubitet, tamen videtur conjecturis quibusdam ductus propendere in illam partem, quam interrogando proponit, nimisrum si ex seipso, hoc est, ex sua opinione, non autem ex aliorum relatione quærat. An num vel corrigiam calcei in me vides, quæ affectati regni terreni suspicionem præbeat? num quicquam in me animadvertis propter quod metuendum tibi sit ne ex throno Cæsareo Imperator à me dejiciatur? Quod si alii me hoc nomine accusarunt, ipse me vi des accusationem illam esse vanam & falsam. Admonerit igitur Christus his verbis Pilatum sui officii, ac ostendit ipsum non procedere secundum ordinariam viam juris. Si ex teipso singis hoc crimen de affectato regno, non agis aequum judicem, quippe cuius officium est, non proprio cerebro capita accusationis confingere, sed de causis in judicium adductis, sententiam ferre. Si alii me hoc nomine accusarunt, audiantur testes; frustra enim interrogatur reus, cum in judicio credi soleat, non reo, sed testibus. Miror, quod non aquiūs & prudentius tractes causam meam. Si ex teipso nosti me esse Regem, cur interrogas, quod jam antè tibi cognitum. Si vero nondum nosti, cur interrogas, ac non audis potius testes? Quidam ex eo colligunt, quod Christus in prætorium fuerit abductus, antequam Pontifices capita accusationis proferrent, alias enim non quælivisset, an Pilatus hoc dicat ex seipso, an alii illud ipsi instillarent. Alii existimant, Christum per r̄s à m̄s hoc loco intelligere non accusatores præfentes, sed alios Judæos vel Romanos, q. d. cur hoc rogas cum nihil de regno meo ab aliis hactenus accepis, antequam hi accusatores ex odio & invidia crimen illud mihi objicerent. Sed hæc collectio non est satis firma, Christus enim non tam hoc querit, an Pilatus externa auditione illud perceperit, quām illud, an fidem habeat huic delationi, non quod hoc ignoraret, sed ut Pilatum officii sui admonereret & latenter animi sensum in lucem produceret. Statuimus igitur

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

tur Christum extra prætorium adhuc stantem coram audivisse accusationis capita ac postea deum in prætorium ad examen à Pilato fuisse revocatum, hæc enim fuit consuetudo Romanis, ut accusatus *per* *prætorum* *coram facie* sive *presentes* *baberet* *accusatores* Act. 25. v 16. quam rei & accusatorum conjunctionem in judicis vocant *confirmationem*. Potest etiam hæc Christi *ad se p̄tētōs* accipi velut *προσφόρτης* & præparatio quædam ad secuturam solidam responsionem hoc sensu. Cum de Rege Judæorum aliter loquuntur & sentiant Scripturæ sacræ, & qui earum lucem atq; autoritatem sequuntur: aliter verò Pontifices mei accusatores & qui eorum corruptelas amplectuntur, ideò antequam ad qualitum solidè & fundamentaliter respondeam, scire prius expero, quo sensu quaras me esse Regem Judæorum? Scripturæ sacræ de Messia sic loquuntur, quod futurus quidem sit Rex Judæorum, sed non terrenus ac mundanus, verum spiritualis ac celestis Rex, qui beneficia spiritualia & cœlestia distributurus & spiritualibus hostibus populum suum asserturus sit. Pontifices autem Scripturæ depravatores & ipsorum asseclæ de Messia sic loquuntur, quod futurus sit Rex terrenus ac mundanus, qui terrena beneficia, opes scilicet, honores ac dignitates Judæis distributurus & corporalem libertatem ab externis hostibus ipsis donaturus sit, expone igitur prius, quo sensu me esse Regem quaras & pronunt ex me audiens responsum. Hæc explicatio utilem præberet doctrinam, quod in disputationibus cum adversariis cœlestis veritatis cauti esse debeamus, ne ambiguus terminis & captiosis quætionibus ab ipsis involvamur. Sed prior interpretatio textui magis congruit, quia Christus dicitur *ſeriffis ante Præsidem*, hoc est, heroica quadam gravitate officii sui ipsum admouisse ac Pilatus hanc Christi *avt̄ p̄tētōs* iniquiū tulisse animadvertisit. Docemur igitur Magistratum officii sui admonendum esse, si extra justitiae tramites deflectere velit. Ministri Ecclesiæ plurique sunt contenti coram mundo, unde ægrè ferunt Proceres & Dynastæ ab illis admoneri, sicut & Pilatus hoc loco stomachabundus respondet: *Num ego Judeus sum? Gens tua & Pontifices trādiderunt te mibi, quid fecisti?* Nimirum hoc vult dicere, Cur ex meipso rogarem, an sis Messias Rex Judæorum? quid ad me pertinent aniles vestræ nugæ & somnia de Rege liberatore venturo? nec Prophetas vestros legi, nec in Synagogis vestris audi, quis vel qualis futurus sit ille Rex Judæorum, ego auctoritate Cæsari hic ledeo iudex; gens tua & quidem Prælates illius gentis Pontifices ac Seniores te huc adduxerunt & de criminis affectati regni te accusarunt. Syrus habet. *Fili populi tui*, id est, populares tui ac *summi Sacerdotes* *trādiderunt te mibi*; non est quod me involvam vestris otiosis & odiofis concertationibus, per me & Cæsarem meum licet vobis altercari de superstitionibus vestris, quādiu liceret, nisi ad Romanum tribunal res esset delata. *Quid fecisti?* quā in re illos laſisti, ut tantopreter tibi adversentur & capit is accusent? Hactenus summo desiderio expectarunt suum Regem, nunc eo nomine te accusant summi & infimi, adeoque illi ipsi, quorum te Regem profiteris, planè grandi quodam crimine ipsos reddidisse te oportet offensos, ut Regem suum vinculis constringant, capit is accusent & suppicio affici postulent? Non in-

sistit Pilatus priori quæstiōni; An Christus sit ille Rex Judæorum, sed per obliquam quæstiōnem, veritatis confessionem singulari quadam prudentiæ politici venatur. Rogat, quid fecerit aut commiserit, quare à populo suo ad mortem expetratur. Quod si Christus dixisset, se se nihil quicquam comiſſile, propter quod à populo suo accuseatur agravetur, promptum fuisset ex eo colligere, quod se quidem Regem, Judæos verò populum suum esse fateatur. Apparet igitur ex hoc iracundiore responso Pilatum ægrè tulisse Christi admonitionem. Idem affectus naturaliter hæret in omnibus, præsertim illis, qui in potestate ac dignitate constituti sunt, nisi per Spiritum carnis indeo corrigatur. Qui enim funguntur auctoritate Magistratus, existimant unam potestate ac dignitate sibi datam esse sapientiam, iustitiam, æquitatem &c. ira, ut quicquid agunt & eloquuntur, sit prudens, iustum & rectum, inde etsi quod valde impatienter ferunt admoneri de suo officio, præsertim à ministris Ecclesiæ, quos habent pro contentis & abjectis homunculis. Sed cum Ecclesia alligata sit verbo Dei, ut illud audiat, eis obsequatur, alterutrum horum faciant impatientes illi Proceres, aut negent se esse membra Ecclesia, aut reverenter suscipiant admonitiones ex verbo. Sive maximè sciāt Magistratus, quid sit æquum & iustum, tamen admonendus est, ut illud opere exequatur, non enim sufficit scire, sed requiritur insuper etiam agere ac varia sunt obstacula, quæ in tramite iustitiae Magistrati objiciuntur. Si vel maximè agit, quod rectum & iustum est, tamen admonendus erit, ut in coepio iustitia tramite constanter perget &c.

Porrò potuisset Christus diverticula quærere, cum Pilatus non amplius directè interroget, ansit Rex Judæorum, sed quid commiserit, propter quod ipsum pro Rege agnoscere nolint, sed è medio ipsum tolli expertant: potuisset ipsum odia, invidiam, obtrectiones, calumnias, &c. in medium afferre, sed directè ad propositam quæstiōnem de suo regno respondeat, ac simul exponit conditiones sui regni, ut Pilatus intelligat, nullum Cæsareæ Majestati à se & regno suo imminere periculum. *Regnum meum*, inquit, *non est ex hoc mundo*. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ne traduceret Judeis, nunc autem regnum meum non est hinc, quasi dicat. Non est, quod Cæsari tuo à me quicquam metuas, regnum meum non est ex numero regnum terrenorum, nec tale, qualia sunt hujus mundi regna. *Enī & nō es ex mundo*, sive de mundo regnum suum esse negat, non autem *in mundo*, quemadmodum etiam pios, hoc est, subditos regni sui negat esse *enī & nō es* Joh. 15. v. 19. Quamvis enim regnum Christi sit in mundo, quia regnum gratia in histeris administratur & Ecclesia ex genere humano coligitur, tamen non est ex mundo vel de mundo, quia non habet proprietates regni terreni, nec administratur more hujus seculi. Potuisset illud ex Scripturis Propheticis latè deducere, ac probare, sed quia Præses illas vel ignorabat, vel negligebat, ideo utitur argumento ex ratione ducto. Coram Pontificibus, Scribis & Senioribus probaverat id ipsum ex vaticiniis Propheticis, quia Mosis & Propheta rum Scripta ipsis erant probè nota, quibus eriam debitam tribuebant auctoritatem, sed apud virum Ethnicum hoc loco utitur ratione ex communiter accidentibus perita. Reges hujus seculi suos habent

habent satellites, ministros ac milites, quibus contra vim adversariam se & regnum suum tueantur. Quod si ipse quoque esset Rex mundanus ac politicus, instructus esset tali satellitio, collegisset exercitum, qui totis viribus pro me pugnaret, ne traheret a proditore Judæis vel a Judæis potestati seculari, vel a potestate seculari ad supplicium mortis, *καὶ ἦν ὅτι οὐ ταῦτα ἔτικτον μητρὶ μεί* scilicet præteritæ nocte, quæ captivatus ac Judæis traditus sum, potuisse talia argumenta adducere complura. Si regnum meum esset ex hoc mundo, colligerem diuitias rerum gerendarum nervos, sectarier exterrum splendorem & magnificientiam, imperium, politicum in subditos exercerem more hujus seculi, capitalia judicia exercerem, instructus esset Consiliarius autoritate ac prudentia conspicuis, foedera cum Dynastis inirem, tributa à subditis exigere, vestirer purpurâ ac bysso &c. Sed ex uno reliqua intelligenda relinquit, sicut solent Hebrei una specie nominatâ totum genus intelligere. Tacite innuit se habere ministros, videlicet sanctos Angelos, sed quorum non sit pro terreno ipsius regno decertare. Admonet igitur Christus his verbis Pilatum, ut veluti prudens & circumspectus vir qualitates regniterreni expendat, easdemque cum conditionibus sua personæ conferat, ex qua collatione promptum sit colligere, quod regnum suum non sit mundanum ac terrenum, hoc enim *συμπέρασμα* statim subiungit dicens, *nunc autem regnum meum non est hinc*, i.e. non est ex hoc mundo, estquidem hic sive in mundo, sed non est *hinc* sive de mundo. Nondum autem exponit Christus affirmatè quale & unde sit regnum suum, sed sufficere judicat, si negatè expona, quale & unde non sit regnum suum, quia voluntate crimen de affectato quadam regno terreno deplere & invidiam laesæ majestatis Cæsareæ a se amovere, postea verò etiam affirmatè exponit, quale sit suum regnum videlicet regnum veritatis in quo non distribuantur subditis bona terrena, sed spiritualia ac cœlestia. Cum enim Pilatus ex Naturæ relatorum inferret, quod Christus eo ipso fateatur se esse Regem, quia regnum aliquod sibi tribuat, quodq; concedat se esse Regem, licet neget se esse terrenum Regem, hac occasione Christus conditiones & proprietates regni sui latius exponit. *Tu dicas, quia Rex sum*, vel quod Rex sim, quam esse affirmata assertionem, diximus superius. Glosa ordinaria ex Hilar. can. 32, in Matth. emphasin in eo quærit, quod Christus hoc loco in præsenti ad Pilatum dicit, *σὺ λέγες* cum ad Caiapham in præterito dixisset, *τι εἶτας*. Sacerdot, inquit, *quasi de præteritis respondit, quia lex omnis venturum Christum predicavent.* Tu dixisti, quasi venturum Christum ex lege ipso dixisset. Huic legi ignaro dicitur, *Tu dicas, quia per fidem præsentis confessionis salus gentium est*. Sed videtur hæc observatio à simplicitate literæ longius recedere, quia commutationes temporum apud Hebreos sunt frequentissimæ. Ego in hoc natus sum *τοῦτον* ad hoc veni in mundum, ut testimonium feram veritatem. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. *εἰς τότο ad hoc sive propter hoc*. Syrus habet *Ἄρτιον* propterea natus sum & in hunc mundum veni. Quamvis verò alijs apud Hebreos idem sit nasci & in mundum venire, unde solent hac periphrasi homines exprimere, ut appellant eos *בָּנִים כְּנַיְשׁוֹן* venientes in mundum, sicut etiam hæc phrasis usurpatur Joh. 1.v.9. ta-

men verisimile est in hac brevi confessione non fuisse à Christo usurpatam *λεγόντος*, idèò ut duo distincta hæc sunt accipienda. Quidam per *τὸν ναστὸν* accipiunt æternam Filii ex Patre nativitatem, sed Augustinus rectius statuit accipendum esse de incarnatione & temporali ex Maria virginē nativitate, exponitur enim finis incarnationis & adventus Filii in hunc mundum, non autem æternæ nativitatis ex Patre ante secula. Quamvis verò hac ratione *τὸν ναστὸν* & *τὸν ναστὸν* in mundum resint eadem, quia Christus venit in mundum non locum mutando, sed humanam Naturam assumendo & in ea apparendo, prius tamen propriè respicit *personam*, qua incarnationem & nativitatem ex virgine facta est *σύνθετος* ut Athanasius Nazianzenus ac Damascenus loquuntur, posterius propriè respicit *officium*, missionem scilicet Filii à Patre. Sic ergò subinnuit Christus, se ante suam temporalem nativitatem extitisse, ab æterno scilicet natum ex Patre, à quo etiam fuerit in mundum missus. Alibi verbis perspicuis & disertis hoc exponit, sed quia Pilatus utpote Ethnicus hujus sublimis mysterii non erat capax, idèò subindicare tantum illud hoc loco voluit. Ostendit etiam duplice nomine prædicationem veritatis sibi incumbere, quia ad hoc natus sit & quia ad hoc à Patre missus sit, esse igitur sibi naturale atq; insitum, ut sit verax: esse etiam hoc proprium suum munus à patre cœlesti sibi mandatum, ut veritati testimonium præbeat, idèò nec alienum quippiam sese prædicatione veritatis sibi arrogare, nec ullum subesse periculum, ne quis prædicationi sua fidem adhibens fallatur. Aug. tract. 115. in Joh. *Cum Christus testimonium peribeat veritati, profecto testimonium peribebit sibi, ejus quippe vox est: Ego sum veritas.* Et dixit in alio loco: *Ego testimonium peribeo de me.* Quidam existimat, Christum his verbis voluisse occurrere cogitationibus Pilati de Platonica quadam *μετεπνοώστι*, potuisse enim Pilatus cogitare Christum ex regno alterius mundi venisse atque in corpus detrusum esse, ut populum Judaicum delictis suis hoc promeritum conturbaret, sicut etiam postea querit, *unde es tu?* Joh. 19.v.9. Sed hæc explicatio est nimis jejuna, quia Christus his verbis & regni sui conditionem & partes officii sui exponit, quod non sit Rex politicus aut terrenus, sed concionatorius, qui hoc sine in mundum venerit, ut *veritatem*, hoc est, veram religionem doceat & vera bona, videlicet spiritualia, cœlestia & æterna subditis regni sui distribuat. Nimis enim exile est, quod quidam putant Christum hoc sibi tantummodo velle, quod in hunc mundum idèò venerit, ut tam opere, quam sermone, quin etiam morte ipsa testimonium præbeat veritati cœlesti & in primis huic veritati, quod sit Rex divinitus constitutus, quodque regnum ejus non sit de hoc mundo. Imo verò Christus testimonio veritatis longè plura complectitur, ut paulo post pleniū demonstrabitur. *Omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.* Hoc deducitur ex superioribus. Si Christi officium est prædicare veritatem, ergo qui est ex veritate, audit ipsius vocem. Quidam propositionis hujus subjectum exponunt de absoluta quadam electione ad vitam æternam. Qui à Deo ordinati sunt ad vitam æternam. Actor. 13. vers. 48. quibus datum est nosse mysteria regni cœlestis Marc. 4. vers. undecimo, quibus divinitus revelatum est

Luc. 10.v.21. qui dati mihi sunt à Patre cœlesti Joh. 6.v.37. hoc est, qui absoluto quodam decreto sunt electi ad salutem, audiunt vocem meam. Sed ostendimus suo loco nec in his dictis, nec ullibi in Scriptura sacra doceri absolutam quandam electionem ac reprobationem. Quidam igitur sic exponunt. Qui sunt ex veritate scil. prima & essentiali, quæ est Deus, hoc est, qui sunt ex Deo nati, Joh. 1.v.13. illi audiunt vocem meam. Hæc sententia congruit analogia fidei, ex eo enim intelligitur, aliquem esse ex Deo natum, siudiat Christi vocem, eique obsequatur. Lyranus, *Qui est ex veritate prima, non solum per creationem, sed etiam per imitationem & subjectionem, is audit vocem meam, corde se credendo & opere obediendo.* Cum hac explicatione conferri potest dictum Christi Johan. 8.ver.47. *Qui ex Deo est, verba Dei audit, & cap. 7.v.17. Si quis voluerit voluntatem Patris mei facere, cognoset de doctrina, an ex Deo sit, an ego à meis loquar.* Sed genuinus hujus pronunciatus sensus colligitur ex scopo & connexione. Christus proprietates sui regni exposuerat, quod sit regnum veritatis, sequitur Regem veritatis profesus erat, quia verò amor & studium veritatis naturaliter homini inesse à gentilibus statuitur, ac proinde Pilatus Christo obvertere poterat, paucos prædicationi ejus fidem habere, plerosque ipsum rejicere, Sacerdotes & Seniores populi Israelitici proceres etiam capitum ipsum accusare, atque hoc esse signum, quod non prædicet veritatem sed mendacium, id est Christus huic objectioni occurrere volens, subiungit: *Qui est ex veritate, audit vocem meam, ut intelligendum relinquit à contrario sensu, illos qui prædicationem & doctrinam suam repudiant, non esse ex veritate, quam antithesis superioris exprefserat Joh. 8.v.47. propriea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Item, quia Christus proprietates regni sui exposuerat, ideo etiam proprietates subditorum suorum, qui ad regnum illud pertinent, subiungit. *Qui sunt ex veritate, hoc est, qui ducuntur studio veritatis, qui patiuntur se regi verbo veritatis, qui non aguntur à patre suo Diabolo mendaci patrono Joh. 8.v.44. qui amant & querunt non fallacia hujus mundi bona, voluptates, honores, divitias, sed vera bona cœlestia, qui cœsunt & finiunt iustitiam.* Matth. 5.v.6. illi audiunt vocem meam, recipiunt meam doctrinam, testimonium veritatis eidem præbent & fideliter eidem obsequuntur. Hæc est pulcherrima illa descriptio regni Christi, quam D. Apostolus 1.Tim. 6.v.13. merito vocat καλὴν μάρτυραν οὐ πολογιῶν bonam testificationem & confessionem. Exprimitur enim tum negatè quale non sit regnum Christi, videlicet non terrenum, mundanum aut politicum; cum affirmare, quale igitur sit, videlicet regnum veritatis. Sed hæc brevitas est latius declaranda. Quando regnum Christi negatur esse ex hoc mundo, eo ipso à regnis mundanis longissimo intervallo distinguitur. In quibusdam quidem regna hujus mundi & regnum Christi convenient, utpote quod utriusq; autor & conservator est Deus, quod utrumq; à Diabolo oppugnatur, quod utrumq; finaliter respicit hominum utilitatem ac Dei gloriam, sed in pluribus capitibus longissime inter se differunt. Differunt namq; 1. modo administrationis. Mundana regna administrantur vi externa & gladio corporali Rom. 13.v.5. sed regnum Christi administratur exterius per verbum & Sacramenta, interius

per efficacem Spiritus Sancti operationem. Illa habent gladios, bombardas, hastas &c. quibus contra hostes suos se tuerunt & plurimum quandoque damni hominibus infligunt: hoc verò habet verbum Dei, quod est *gladius Spiritus Eph. 6.v.17. quod omnia sanat Sap. 16.v.12.* Reges hujus mundi armis corporalibus cogunt subditos ad obedienciam: Christus in suo regno non utitur armis corporalibus 2.Cor. 10.4. Reges hujus mundi ferunt leges politicas, sed Christus non est talis legislator. 2. Subiectio. Regna hujus mundi occupant arces, munitioes, urbes. Christus occupat corda hominum, in quibus habitat per fidem. Eph. 3.v.17. Regna mundana imperant corporibus & bonis hominum, sed Christi regnum dominatur conscientias, regnum Dei intra nos est, inquit Christus Luc. 17.v.21.3. bonus, quæ in utroque regno distribuuntur. Regna hujus mundi conferunt pacem & incolumentem eternam, sed in Christi regno confertur pax interna conscientia, gratuita peccatorum remissio, justitia, inhabitatio Spiritus Sancti & vita æterna Rom 14.v.17. Mundana regna divitias ac thesauris terrenis parandis student, sed Christi regnum fidem, dilectionem, patientiam &c. & omnium virtutum Christianarum incrementum unicè querit. Mundana regna alios homines per externam potentiam sibi subjiciunt, servos illos constituant, tributa ab illis exigunt: sed Christi regnum suos cives spirituales Reges ac Dominos constituit contra peccatum, Diabolum, carnem, mundum, mortem & infernum Apocal. 1.v.6. *Si Filius vos liberaverit, vere liberari.* Joh. 8.v.36. Principatus ejus super humerum ejus Esa. 9.v.6. regna hujus seculi incumbunt humeris subditorum atque oneri illis sunt propter tributa & vestigalia: sed regnum Christi ipsius humeris incumbit, ut enim nos habere posset cives ac subditos regni sui, crucem in humeros suscepit &c. 4. Specie externa. Regna hujus mundi splendorem externum sectantur, sed Christi regnum habet abjectam & contemptam speciem coram mundo, non venit cum observatione, sed est intra nos Luc. 17.ver.21. Regna hujus mundi externa felicitate vigent ac florent, sed Christi regnum sub cruce floret & crescit. 5. Praesidios. Reges mundani indigent pecunia & militibus ad regnum suorum defensionem: sed Ecclesia defenditur à Deo, qui est custos Israelis Psalm. 121.ver.4. & manus ignea circa regnum suum Zach. 1.ver.5. & amplitudine. Regna hujus mundi sunt particula, nullus unquam totum terrarum orbem suæ potestati subjecit, ut verè dici possit Rex Catholicus sine Universalis sed Christi regnum ex porrigitur per totum mundum dominatur à mari usque ad mare & flumine usque ad terminos orbis terrarum Psalm. 72.v.8. Psal. 2.v.8. &c. 7. durata. Regna hujus mundi sunt ὀντος ζωή, succedunt sibi in vicem ac tandem pertinent omnia, sed regnum Christi est perpetuum ac æternum, Dan. 2.v.44. cap. 7.v.14. Luc. 1.v.33. In his præcipue capitibus regnum Christi differt à regnis mundanis, ubi tamen notandum de regno gratia nos hoc loco agere. Quod enim attinet regnum potentia, juxta illud recte dicitur Dominus aeternus & terra, Rex Regum & Dominus dominium. Tim. 6.v.15. Ap. 19.v.16. in illo stabilit & transferit regnum hujus mundi Dan. 2.ver.21. dejicit parentes de sede Luc. 1.v.51. regii in virginaria & regni sui boites tangentes.

tanquam vas sigilli constringit Psal. 2.v.9. Apoc. 2.v.21.  
cap. 19.v.15. Secundum veritatem divinitatis, inquit  
Cyrillus in h.l. omnia sunt subjecta Christo, ut meri-  
tò dicatur Rex omnis terre Psal. 47. vers. 8. sed quan-  
dam ad humanitatem in primo adventu suo non venit ad  
dominandum temporaliter, sed magis ad serviendum  
& patiendum Matth. 20. vers. 8. postea vero in statu  
exaltationis etiam juxta humanam naturam omnis  
potestas in cœlo ac terra ipsi data est, Matth. 28.v.  
18. atque omnia pedibus ejus subjecta Psal. 8.v. 8.  
Sed de hoc potentia regno, ac de exaltatione sua  
Christus hoc loco non agit, sed de regno gratiae ac  
de officio suo, propter quod in mundum venit, ni-  
mirum passione sua liberet genus humanum ex  
regno Satanae, cui propter peccatum est subjectum,  
atque ut ex genere humano per verbum sibi colli-  
gat Ecclesiam, quae est regnum gratiae a terrenis &  
mundanis regnis longissimè diffinatum. Chrysost.  
hom. 83. in Joh. Regnum suum dicit non esse hinc, non  
ut mundum providentia ac protectione sua privet, sed ut  
demonstrat illud nec humanum nec eaducum esse. Re-  
jicitur ergo his verbis somnium Judæorum, qui  
talem expectabant atque adhuc expectant Messia-  
m, qui futurus sit Rex terrenus ac tale quoddam  
regnum inchoaturus sit, qualia sunt regna hujus se-  
culi, ex quo colligitur, Pontificem Romanum falso  
gloriarum, quod sit Christi Vicarius, cum regna mun-  
dana sibi subjicere studeat ac summam potestatem  
super omnes Reges ac Principes sibi arroget. Si re-  
gnum Christi non est de hoc mundo, etiam Papæ  
regnum non debet esse de hoc mundo, aut non  
poterit dici Vicarius Christi. Bernhardus lib. 3. de-  
considerat, ad Eugen. col. 1021. Cum dicit Dominus ac  
Magister se non esse constitutum inter duos judicem, non de-  
bet serva an discipulo indignum videtur, si non judicet uni-  
versos. Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas ve-  
stra, quoniam propter illa, non propter has acceptissimæ claves  
regni celorum. Quoniam tibi videtur major dignitas, di-  
mitendi peccata, an prædicta dividendi? nulla comparatio.  
Habet hec insima & terrena potestas judices suos, Reges &  
Principes, quid sine alienos invadis &c. Autor oneris  
Ecclesiæ cap. 20. §. 6. Dominus Iesus palam negavit re-  
gnum suum esse hujus mundi, quinimo ipse solus fugit  
in montem, cum cognovisset, quia populi venturi es-  
sent, ut facerent cum Regem. Quomodo ergo conve-  
nit ut Christi locum tenens, mundanam ditionem non  
solum admittat, verum etiam ambiat, ut libidine, luxu,  
violentia, superbia, fastu, divitiis, rapacitate regnet,  
quem Christus docuit esse humilem & mitem. Quamvis  
vero nec Judaicum, nec Pontificum de regno  
Christi errorem disertis verbis approbemus, ta-  
men sapientia contingit, ut in corde nostro cogi-  
tationes de regno terreno foveamus. Si collu-  
ctandum est cum paupertate, contemptu, morbis,  
afflictionibus &c. nec sentimus itatim liberatio-  
rem, cogitamus nos non pertinere ad Christi re-  
gnum, quid quæso hoc est aliud, quam terrenum  
aliud regnum Christo tribuere & corporalia be-  
neficia in Christi regno potissimum querere? Si  
Christi regnum non est terrenum, utiq; terrena &  
corporalia bona non debemus in eo vel unicè vel  
potissimum querere. Si Christi regnum non admini-  
istratur more hujus seculi, ergo nec liberatio à  
paupertate, contemptu, morbis, afflictionib⁹ fit mo-  
re hujus seculi; liberamur quidem in Christi regno  
à peccatis & peccatorum poenis, non autem exter-

no sensu, sed verbo ac fide, relinquimus sub cruce,  
interim conservamur ad vitam æternam. Si re-  
gnum Christi non est de hoc mundo, ergo non ju-  
dicemus de eo ex aspectu externo. Mundus conte-  
nit & repudiat Christi regnum, quia caret exter-  
na magnificencia, sicut postea audierimus milites  
arundinem loco sceptri Christo dedisse & spineam  
coronam loco aureæ ipsi imposuisse, sed noverimus  
gloriam regni Christi esse internam, manifestan-  
dam olim in die judicii, in hoc autem seculo ab-  
sconditam. Deniq; regnum Christi est in mundo,  
non tamen de mundo vel ex mundo, ergo & nos,  
qui cupimus audire cives hujus regni, non sumus de  
mundo Joh. 15.v.19. non sumus ἐπιφέρει φονεύτες Phil-  
ip. 3.v.19. nec quoniam ea, quæ sunt super terram Col.  
3.v.2. abstrahamus corda nostra à desideriis terre-  
norum de spiritualibus cœlestibus ac æternis bonis  
potissimum solliciti, quale enim est regnum Christi,  
tales etiam cives hujus regni esse convenit. Huic  
negativæ regni sui descriptioni κατὰ ἀγῶνα factæ sub-  
jugit Christus affirmativam ejusdem descrip-  
tionem κατὰ Σέτων. Ego in hoc natus sum & ad hoc veni  
in mundum, ut testimonium feram veritati, docet  
igitur regnum suum esse regnum veritatis, seque esse  
Regem veritatis. Appellatur autem regnum veritatis.  
1. respectu illius regni, quod Diabolus habet  
in mundo, quod est regnum mendacii Joh. 8.v.44.  
in eo grassantur, propagantur ac propugnantur  
mendacia, videlicet hæreses & peccata. Regnum  
Christi & regnum Diaboli sunt sibi invicem oppo-  
sita, illud est regnum veritatis, hoc vero regnum  
mendacii. Seducit Diabolus cives regni sui menda-  
cibus promisxis, falsis bonis, fraudulentis persuasio-  
bus &c. abstrahit eos à veritate cœlestis verbi ad  
mendacia superstitionum, hæresium, idolatria-  
rum omnis generis, pellicet eos ad varia peccata,  
quæ contra Deum, qui est prima & essentialis veri-  
tas, committuntur, id est recte maledicta dicun-  
tur. Apoc. 22.v.15. persuadet fictam & mendaciem  
hypocrisim &c. 2. respectu veræ cognitionis & veri  
cultus Dei, qui in hoc regno Christi discitur. Omnes  
homines Naturæ sunt mendaces Ps. 115.v.12. quia  
ignorant veram cognitionem & veros cultus  
ipsi placent, sed in Christi regno discitur veritas,  
quia docetur & propagatur in eo puritas verbi,  
quod est cœlestis veritas divinitus revelata Job. 17.  
v.17. unde doctrina Christi vocatur verbum veritatis Eph. 1.v.13. Col. 1.v.15. Jac. 1.v.18. Si manseritis in  
sermone meo, cognoscetis veritatem, inquit Joh. 8.v.32.  
3. respectu bonorum, quæ in Christi regno fidelibus  
subditis distribuuntur, Omnia hujus mundi bona  
sunt caduca, evanida, ac transitoria, brevi mo-  
mento transeunt & possidores suos destituent, unde  
Christus opponit illis τὸ αληθινὸν verum bonum Luc  
16.v.11. h.e. bona spiritualia & cœlestia, quæ sunt  
vera, perpetua & propriæ nostra bona, qualia sunt  
gratia Dei, remissio peccatorum tranquillitas con-  
scientia, justitia coram Deo consistens, donatio Spi-  
ritus S. & vita æterna, haec vera & perpetua bona,  
nemini extra regnum Christi contingunt. Huc re-  
ferri potest dictum Apostolicum Eph. 4.v.21. in  
Christo est veritas, si accipiat senu eo, quod in solo  
Christo vera & æterna bona nobis contingat, sic  
ut Joh. 1.v.17. dicitur gratia & veritas nobis facta per  
Christum Iesum, reliqua vero omnia, quæ mundus  
judicat bona, sint umbra & somnium. 4. respectu  
subditio-

subditorum hujus regni, quia cives ejus sunt ex veritate, sunt nati ex Deo, qui est *αὐτὸν θεόν*, non desiderant bona terrena, non ambient honores, dignitates & divitias, non sicut voluptates carnis, sed desiderant vera bona, cœlestia scil. & æterna, liberari sunt ex regno Satanæ, quod est regnum mendacij, reguntur à Spiritu S. qui est *Spiritus veritatis* Joh. 15, 26. non credunt mendaciis, sed adhærent veritati in verbo patefactæ, audiunt & sequuntur vocem Christi, quæ sola est veritas hæc enim requiruntur in Christi regno, veritas, ut audiatur; fides, ut acceptetur, obediens, ut impleatur, constantia ut perseveretur. *s.* respectu hypocriteos ab hoc Christi regno & civibus ejus exultantis. Hypocrita mentiuntur externam speciem pietatis, sed in Christo est veritas Eph. 4, 21. qui sunt in Christo, vera & sincera pietati ex animo student, ducuntur enim. S. de quo Sap. 1, 5. dicitur *Spiritus discipline effugiet si-  
stum*; inde jubemur *ἀληθένην εἰς ἀγάπην* veram & *ἀν-  
τομέτων* caritatem sefcari Eph. 4, 15. ac *facere verita-  
tum*. i. Joh. 1. v. 6. &c. Sed hoc studium veritatis, vera sc. agnitionis Dei ac verae pietatis à maxima hominum parte negligitur, sicut Pilatus audiens Christum de veritate multa gloriari, subjungit. *Quid est  
veritas?* Quidam putant animo discendi cupido isti hoc queri, responsum autem Christi non fuisse à Pilato expectatum, cùm redeundum ipso fuerit ad Judæos. Indigebat tempore, inquit Theophyl. ista questio, sed quod in stabat, id erat, ut furori Judæorum Jesu eriperetur, ideoq; non expeditato reponeretur, si ad illos egreditur. Sed quia Pilatus, utpote gentilis, nullum habuit veritatis divinae cognoscendæ desiderium, quia Christus discendi cupidos salutari informatione nunquam destituens h. l. silet, & quia non expectato Christi responsopilatus statim è prætorio ad Judæos exiit, inde colligitur, hæc verba ex supino quodam, contemtu ac fastidio veritatis proficiunt. Hoc enim vult dicererilatus. Si de veritate religionis inter te & Judæos est concertatio, illa non judicatur à me, tanti momenti, ut vestris altercationib; audiendis diem perdā. Nū de veritate tanta certamina erant movenda? Nū aliam prædictas veritatem, quam Scribæ & pharisei inter Judæos vel nostri sacrificuli inter ethnicos? num tibi soli veritatis cognitionem tribuis? in cultu divino quilibet populus suos sequitur ritus à majoribus acceptos, arroganter igitur te esse oportet, quod tibi soli veritatem, quæ occulta est atque incerta, tribuis. Stolidissimum quoque te oportet esse, quod ob rem vanam & frivolum tanto periculo te exponis. Vide quā varia imò contraria sententia in causa religionis obtineant, cur ergo ob rem dubiam & incertam tanto discrimini me subjecerem? Proponitur igitur in Pilato ingenium sapientum hujus seculi, qui in corde suo rident controversias de religione ac statuunt, eas non esse tanti momenti, ut propter eas fieri debeant animorum distractiones. Tria enim hominum genera quovis tempore inveniuntur, qui circa veritatis in religione studium planè inter se dissident. Christus cum discipulis suis pro veritate usque ad mortem pugnat, sicut hoc loco coram Pilato pròpter patrocinium veritatis accusatur seditionis & ad mortem depositur. Pontifices sunt manifesti hostes veritatis crudelissimo odio ac suppliciis eam prosequentes. Pilatus neutri parti assensum præbet, sed medio loco consistens

utrosque de veritate invicem concertantes false irridet, non esse veritatem rem tanti momenti ratu propter quam tantis conatibus disceptetur. Nos vero primò cœtui nos aggregemus ac summo studio ex tabulis divinæ veritatis, hoc est, ex verbo divinitus revelato veritatem quæramus, eamque inventam & agnitam constanter tueamur, etiamcum fortunarum ac vita periculo profectio ejus conjuncta sit futura.

4. Pilatus intelligens ex dissidio religionis inimicities inter Christum & Judæos esse ortas, iterum prodit ad Judæos educto lecum Jesu, ut ex sequenti bus intelligitur, & ad summos Sacerdotes atq; universam turbam: *Ego nullam causam ac nimil nox invenio in hoc homine.* *αἵτια καὶ αἵτιοι* sunt vocabula generalia, hic vero in specie usurpantur de crimine, quod possit esse causa mortis, quæ significatio etiam in profanis Scriptoribus usitata est. *αἵτιοι μεγάλας* *έχου* dicitur, cui magna criminis objiciuntur. Plutarchus in Pericle *αἵτιαν οὐκ εἴτε τολμέαν εὐλαβεῖν*. Hoc sensu usurpatur *αἵτια* Matt. 19. v. 3. Act. 10. v. 21. cap. 13. v. 28. &c. *αἵτιοι* Luc. 23. v. 14. & 22. Act. 19. v. 40. potest autem commodè generalissimificatio etiam hic habere locum. *Nullam invenio causam in hoc homine*, scilicet propter quam ultimo supplicio afficiendus sit. Syrus emphaticè vertit. *Ego ne unam quidem causam in eo invenio.* Diligens inuitu examen, sed nihil invenio, propter quod mortis damnari queat; fatetur regnum suum non esse mandatum, ergo non potest pœna perduellionis affici, nec seditionis & affectati regni accusari, non habet secum exercitum, arma, vel quicquam apparatus, ergo Cæsari ab eo nihil est meruendum. Sic ergo cùm Christus omnium patrocinio destitutus fallis accusationibus oneraretur, ipse judex ejus patrocinium suscipit ac de intentatis criminibus publicè ipsum purgat. Quod si quandoq; contingat etiam nobis Christi membris falsa criminis objici ac patrocinio eorum desitui, quos nostrí curam ac defensionem suscipere æquum erat, excitabit Deus causæ nostræ patronos & vindices tales, à quibus omnium minime illud expectabatur. Probè vero notandum hoc innocentia testimonium à publica persona publicè Christo datum ac postea aliquoties repetitum, hæc enim duo in Historia passionis sep̄iū ab Evangelistis inculcantur, quod Christus sponte ac voluntarie, non coactus vel invitatus, mortem adierit, & quod innocentia testimonium ab omni hominum genere retulerit. Sic falsi testes, Judas proditor, Pilatus Præses, Herodes Rex, Pilati uxoris, Centurio Ethnicus, imò omnes creaturæ testimonium innocentia ipsi præbent, ut certissimus, passionem illam esse sacrificium spontaneum, non pro sui, sed pro nostris peccatis Patri cœlesti à Christo oblatum, et alēm enim decebat nos habere Pontificē qui effet sanctus innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, cui non erat opus pro suis peccatis prius hostias offerre Hebr. 7. vers. 26. & 27. ideo ejusdem judicis ore prius hoc loco absolvitur, à quo postea damnatus fuit, ut manifestum fiat non pro suis, sed pro alienis peccatis ipsi mori.

Sed hoc publico judicis testimonio de innocentia rei non patiuntur sibi satisfieri Princeps Sacerdotum & Seniores, *accusant enim Christum de multis*. Procul dubio repetiverunt accusationis prioris capita, ac productis falsis testibus eadem probare sunt conati, neque enim satiari potest livor & impudentia.

dentia, sed Christus ad ea nibil' quicquam respondet. Ac quamvis Pilatus ipsum intigaret ad respondentium admonens, ne sibi ipsi suæq; saluti pertinaci isto hoc silentio defit, tamen ne ad unum quidem verbum amplius illi respondit, adeò ut præses in admirationem raperetur. Pontifices κατηγόρειν αυτού πολλὰ accusabani eum mulcere vel de multis. Ne unum quidam proferre poterant, in quo iure & merito ipsum accularunt, multa igitur proferunt & capita accusationis vehementer urgent, (utroque enim modo πολλά verti potest vel nominaliter vel adverbialiter) ut si non singula, scilicet accepta, tam omnia simul sumta aliquid proficerent & vel unum ex illis animum judicis permoveret, ut in damnationem Christi consentiret. Quæ vero fuerint illa mala, colligitur quodammodo ex descriptione Luca & Iohannis, videlicet quod averteret populum, quod prohibuerit tributum dare Cesari, quod dixerit se esse Regem Luc. 3. v. 3. quod commoverit novam doctrinam universam Judæam & Galilæam v. 5. quod se Filium Dei fecerit Joh. 19. v. 7. Sed cum accusaretur à Pontificibus verentibus, ne Pilatus, qui publicum innocentiae testimonium ipso dederat, liberum eum dimitteret, nihil respondit. Pilatus provocat eum ad responsionem. Non audis πόσα τοι καλεποργέται quæ multa adversum te testificantur? ex quo intelligit, quod falsos testes mercede conductos secum adduxerint Jesum autem non respondit amplius ei ad ullum verbum τοις οὐδὲν πῆμα, ne ad unum quidem verbum, inde præses miratur vehementer, non indignatur, nec hoc Christi silentium interpretatur contemnitum sui, sed potius miratur hominem innocentem, sapientem, eloquentem ad accusations notoriè falsas in capitib; periculo tacere, adversarii ex odio & invidia objecta crimina tantoperè urgentibus. Ignorat Pilatus divinam Christi maiestatem & nihilominus tantoperè miratur ejus taciturnitatem, quanto magis nobis convenit, qui divinam Christi maiestatem credimus, mirari ejus silentium, alapas, flagella, opprobria, cruce &c. sed ut impietas Pontificum hac humanitate' Pilati fuit condemnata, ita quoque ipsius admiratio nostram negligentiam ac nostrum stuporem accusat. Orig. tr. 35. in cap. 27. Matth. Miratus est Pilatus companionem Christi, miratus est videns eum in tranquilla & quieta sapientia gravitate & inturbabilitate coram iudicio bare &c. Quomodo vero cum hac assertione Matthaei ac Marci de omnimodo Christi silentio convenit, quod Joh. 19. v. 11. Christus ad Pilatum dicit: Non haberes potestatem adversum me ullam nisi tibi datum esset desuper, ideo qui me tradidit tibi, maior peccatum habet? Respondendum est, Matthæum & Marcum loqui de responso apologetico ad objecta crimina, responsum autem illud, quod apud Iohannem sequitur, est potius correctiorum & informatorium, quam apologeticum vel excusatorium. Item Matthæus & Marcus loquuntur de responso Præsidi dato ad πῆμα verbum live accusacionem Pontificum, Iohannes vero loquitur de re-

sponsio Præsidi ad sua verba dato. Quæ vero causa fuerit tam pertinacis silentii ad objecta crimina, expositum est superius in actis coram Pontificibus, Hieron. in c. 27. Matth. statuit, Christum ideo non respondisse, ne crimen diluens à Præside dimitteretur & crucis utilitas differretur. Ambro. in cap. 23. Luc. Quid timeret, qui non ambiret salutem? Salus omnium suam prodit, ut acquirat omnium. Sed plenius dicitur, ideo Christum hoc loco constanter tacuisse 1. quia ea quæ ad præsens negotium erant necessaria, jam ante & ingenuè confessus erat & perspicue exposuerat. 2. quia noverat Pilato iudicii de sua innocentia probè constare, cuius publicum testimonium impetraverat. 3. quæ proferebantur, erant palam falsa, partim notoria calumniæ & manifesta mendacia. 4. Pilatus suā autoritate non poterat furorem Judæorum compescere, quomodo igitur Christus operosâ criminum dilutione illos compescere potuisset? non possunt æquo animo ferre placidam taciturnitatem ac mansuetam patientiam Christi, quomodo æquis auribus excusationem ipsius audirent? 5. Pilatum irrisorem religionis & contemptorem veritatis expertus erat, ideo responso ulteriori eum dignari noluit. 6. quæcumque egerat ac dixerat, in publica luce erant gesta & dicta, nullâ igitur excusatione vel declaratione indigebant. 7. voluit hoc silentio testari, se sponte & voluntarie mortem adire, si qui moriuntur inviti, varias solent proferre excusationes & criminum suorum palliationes, sed Christus stans coram Præside onustus rotius mundi peccatis tacet, ut propter peccata sibi imposita se se volentem mori ostendat. Plures causas superius enumeravimus, quæ ad hunc locum referri commodè possunt. Justin. in Dial. cum Tryph. p. 257. ad silentium Christi refert vaticinum Psal. 22. v. 16. Exaruit sicut testa virtus mea & lingua mea adhæsit fauibus meis. Prepotentis ( inquit ) verbi ejus vis, quæ semper Pharisæos & Scribas questionibus secum alterantes, omnesque adeo in genere Magistros versos refellebat, inhibitionem habuit, ( Give inhibita est ) ad exuberantis & validifonti instar, cuius unda aversa sit, cum conticuit & sub Pilato nemini quicquam responderet in animum induxit, quemadmodum in Scriptis Apostolorum ejus est expressum, uii & illud, quod per Esaianum est promulgatum, fructum efficacem haberet, ubi dicitur Dominus dat mihi linguam, ut norim quando me oporteat verbum proloqui, Esa. 50. v. 4. Hæc silentii causa respicit complementum vaticiniorum in V. T. de eo editorum, quorum plura superius sunt allata. Nobis convenit Christi patientiam imitari, sicut pulchre dicit Chrysost. homil. 84. in Job. ed. gr. Tu non solum hæc verba audias, sed in animo perpetuo serues velim, & cùm orbis terrarum & Angelorum Regem à militibus irrisum & verbis & re ignominia affectum & omnia æquo animo tolerantem videris, eum re ipsa imitare.

Rex veri Jesu, Rex cœli Christe Redemptor  
Da, civis regni sim maneamq; tui.

CAP.

## CAPUT CXII.

CHRISTUS AD HERODEM ABDUCITUR INQUE  
AULA IPSIUS IRRIDETUR.

LUC. 23. v. 5.

## RATIO ORDINIS.

**C**um audirent Pontifices, Pilatum Christo publicum innocentia testimoniū dare, non desistunt à suo proposito, sed repetunt accusationem seditionis, quam confirmant hoc argumento, quod Christus ex Galilæa oriundus in Galilæa primum docere coepit; jam vero ex anteactis notum esse, Galilæos ad seditionem maximum proclives esse. Pilatus igitur innocentem esse Christum agnoscens, interim tamen odia Pontificum absolutione illius sibi conciliare recusans cogitat viam sibi monstratam esse commodam devolvendi odiosam hanc Christi causam ad forum alterius, videlicet Herodis, qui erat Galilæa tetrar-

cha, ideoque ad ipsius judicium videbatur causa hominis Galilæi propriè pertinere. Hac occasione mittitur Christus ad Regem Herodem, qui propter Paschatis festum Hierosolymis eo tempore agebat, quam abductionem Christi ad aulam Herodis solus Lucas describit, neque quicquam apud Evangelistas reliquos occurrit, quod in serie narratio- nis illi præponi commodè possit. Quod enim collatio Christicum Barraba, ejusque flagellatio huic Historia subjungenda sint, colligitur ex eo, quod Pilatus in explicatione hujus sui consilii ad iudeos dicit: *Misi vos ad Herodem & ecce nihil morte dignum datum est ei, emendatum ergo sive castigatum illum dimittam* Luc. 23. v. 15, & 16.

CHRISTI AD HERODEM ABDUCTIO, EJUSDEMQUE  
IN AULA HERODIS ILLUSIO.

LUC. 23.

5. Οἱ δὲ χιερεῖς ἤπειρον, λέγοντες ὅτι αἰαστέοι τὸν λαόν  
οδούσκων καθ' ὅλης τῆς Ιudeᾶς δέξαμεν. Καὶ στὸ τὸ<sup>5</sup>  
Γαλιλαῖος ἦν ὁ ὄδε.
6. Πιλάτης δὲ αὐτοὺς Γαλιλαῖους, ἐπηρώτησε, εἰ ἐσθρω-  
πτος Γαλιλαῖος ἔστι.
7. Καὶ ἤπειρος ἦν ἐν τῷ ἔβορειος Ηρώδειος ἐτίν, αἴσπερμψεν  
ἀντρὸν τοῦς Ηρώδειος, οὐδὲ ηὔχαντὸν τὸν Ιερουσαλήμοις  
ἐν τῷ ταχὺ πάσι ηὔχαντος.
8. Οὐ δὲ Ηρώδης ιδὼν τὴν ἤπειρον ἐχαρηλιαν, λινὸν δὲ θέλων ἐξ  
ικανῶν ιδεῖν εἰν τὸν Αἰγαῖον, οὐδὲ διενθετὸν πολλὰ τοῖς αὐτοῖς, καὶ  
ἥλπεν οὐκεῖν ιδεῖν τοῦτον αὐτὸν γάνονθεν.
9. Επηρώτησε δὲ ἀντρὸν τὸν λόγον εἰκανοῖς αὐτὸς δὲ γένει αἴπειρ-  
νατὸν αὐτῷ.
10. Εἰσῆκεσσοι δὲ οἱ δέχιερεῖς καὶ οἱ χραμματεῖς εὐτόνως κα-  
τηρροῦνται αὐτῷ.
11. Εξεθειητας δὲ αὐτῷ ὁ Ηρώδης σω τῆς γρατεύμασιν αὐ-  
τὸν καὶ ἐπορχεῖται τοῖς ιερούσαλαμ αὐτῷ εἰσθῆται λαμπτεῖν αὐτῷ  
αἴσπερμψεν αὐτῷ τῷ Πιλάτῳ.
12. Εὐθύνεται δὲ Φίσιος, τοῦ Πιλάτου, καὶ ὁ Ηρώδης εἰς αὐτὴν τὴν  
ηὔχαντος μετ' αὐτῷ λαμπτεῖν, τοῦτον προχον τὸν εἰκόνα οὐκεῖν  
τοῦτον εἶναι.
5. At illi (summi Sacerdotes) invalecebant dicentes, com-  
movenet populum, docens per universam Iudeam ex-  
orsus à Galilæa utq. ad hunc locum.
6. Pilatus autem auditā mentione Galilæa interrogavit,  
num homo Galileus esset.
7. Et ut cognovit, quod ad Herodis ditionem pertineret, re-  
misit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat  
per id tempus.
8. Herodes autem viso & Iesu gavissimo est valde. Tenebatur  
enim multo jam tempore cupiditate videndi illum,  
eo quod audiret multa de illo & p̄metebat se signum  
aliquod vījurum ab eo fieri.
9. Interrogabat autem eum multis sermonibus, ad ipse-  
bile illi respondebat.
10. Stabant autem Principes Sacerdotum & Scribe acriter  
accusantes eum.
11. Sprevit autem illum Herodes cum exercitibus suis, cum  
illūsset, indutum ueste splendida remisit illum ad  
Pilatum.
12. Et facti sunt amici inter se Pilatus & Herodes in co-  
dem die, nam antea similitas inter eos intercesserat.

## Exegetis hujus Historiae.

Quod discipulis suis prædictit Christus Matth.  
10. v. 17. & 18. *Tradent vos in Concilia & in  
Synagogis vestris flagellabunt vos, & ad Praesides ac Re-  
ges ducentini propter me, id in seipso omnium piorum*

Confessorum Magistro ac capite prius experiri  
voluit, siquidem in Historia passionis traditus  
primum fuit in Concilium Sacerdotum, deinde  
ductus ad Praesidem Romanum, tandem etiam  
ad Re-